Stomachi digeſtioni utilia lib.2. charta.63 pag.1.& lib.2.char.73.pag.1.& lib.2.char.74 pag.1.

Stomachi doloris remedia lib.2. char.74. pag.1.& 2.& lib.2.char.75.pag.1.& libro.2. char.76.pag.2.& lib.2.char.82.pag.1.

Stomacho contraria lib.2.char.58.pag.2.

Stomachi ardoris reme.li.2.char.61.pag.1

Stomachum firmantia lib.2.char.57.pag. 2.& lib.2.char.60.pa.2.& li.2.char.74.pa.2

Stomachi faſtidij curatio lib.2.char.61.pa gina.1.

Stomachi defectionis medicinæ li.2.char. 82.pag.1.&.2.

Stomachi inflationis remedia lib.2.charta 74.pag.1.& lib.2.char.74.pag.2.

Stomachum calefacientia lib.2. char.64. pag.1.

Stomachi duriciei utilia lib.3.ch.110.pa.1.

Strumarum gutturis remedia li.1.char.203 pag.1.& lib.1.char.205.pag.2.

Strumarum uirginum cura lib.3.char.163. pag.2.

Strumæ depellendæ remedia li.3.char.152. pag 1.

Strumarum remedia lib.1.char.270.pag.1

Stuporis dentium medicinæ lib.1.charta. 183.pag.1.

Sterilitatem adferentia lib. 4.cha.88.pa.1.

Stillationi narium ex humore medicinę libro.1.char.154.pag.2.

Stranguriæ curatio lib.2.char.243.pag.2.

Sudorem prouocantia lib.3.char.181.pag. 1.& lib.3.char.118.pag.1.&.2.

Surditatis medicinæ lib.1.char.130. pag.2 &lib.1.char.134.pag.1.& lib.1.cha 140. pag. 1.& lib.1.char.144.pag.1.& lib.1.charta.148. pag.2.& lib.1.char.152.pag.1.& lib.1.charta. 152.pag.2.

Simplicia quæ generatim omnibus antidotis misceantur lib.4.char.110.pag.1.

Suffocationis remedia lib.2.char.26.pa.1.

Sugil-

Sugillatorum remedia lib.3. charta.147. pag.2.

Suffumigatio ad tussim lib.2.char.20. pagina.1.

Supercilijs pilosis utilia, lib.1. charta.114. pag.2.

Suffumigatio ad dentes lib.1.char.183. pagina.2.

Syderatis utilia libro.1.charta.71. pag.1.

Synanchen sanant lib.1.char.212. & libro.1.char.215.pag.2.

Syringis utilia lib.2.char.251.pag.1.

Suffusionis,aquæ descensus,remedia lib.1 char.114.pag.2.

TAlorum uitia tollentia lib.3. charta.67, pag.1.

Taurini sanguinis potionis remedia lib.4 char.122.pag.2.

Testiculorum inflationis remedia libro.3 char. 62.pag.1.

Testibus & ramicibus medendis remedia, lib.3.char.89.pag.1.

Testiculorum duriciei conuenientia libro. 3.char.14.pag.1.

Testiculorum apostematis frigidi curatio, lib.3.char.114.pag.1.

Testiculorum apostematum calidorum re-

media lib.3.char.113.pag.2.

Tenasmonis remedia lib.2.char.259.pa.2.

Tertianæ curandæ remedia lib.4. charta. 9.pag.1.& lib.4.char.19.pag.1.

Tertianæ typo medicando lib.4,charta.12 pag.2.

Tetanicorum id est,eorum qui ceruicē inflectere non ualent remedia lib.3.char. 40.pagina.1.

Testiculorum morbi remedia lib.2.charta 262.pag.1.& lib.2.char.262.pag.2. & libro.2 char.165.pag.1.

Thoracis morbi remedia lib.2.char.2.pagina.1.& lib.2.char.26.pagina 1.

Tingentia capillos lib.1.char.3.pag.1.& libro.1.charta.12.pag.1.& lib.1.char.12.pag.2

Tonsillarnm medicinæ lib.1.char.192.pagina.1.& lib.1.char.208.pag.1.& lib.1.char. 210.pag.1.

Torminum remedia lib.2.char.140.pag.1 & lib.2.char.145.pag.2.

Toxicum sanantia lib.4.char.121.pag.2.

Tremori capitis remedia lib.1.char.39.pagina.1.

Tremuloruu remedia lib.3. char.32.pagina.1.& libr.3.char.40.pag.1.

Tussi medendę utilia lib.2.char.11.pag.2. lib.2.char.14.pag.2.lib.2. char.19.pagi.1.& 2.lib.2

2.lib.2.charta.22.pagina 1.&.2.
Tumoris post podagram remanentis remedia lib.3.char. 2.pag.1.
Tumoris in dorso remedia lib.[illegible].charta 99 pag.1.
Tumoris pedum remedia lib.3.charta.66. pag.1.
Tuberculorum ex inflammatione nascentium remedia lib.[illegible].char.80.pag.2.
Varicum remedia lib 3.char.40.pag.2.& lib.[illegible].char.67.pag.1.
Varicis medicinæ lib.3.char.112.pa.2.
Variolis remedia lib.2.char.157.pag.1.
Ventrem ducentia lib.2.char.88 pag.2
Ventrem citantia seu ducentia lib 2. char. 88.pag.2.
Ventrem stimulantia lib. 4.char.88. pa.1
Ventrem constipantia lib.2.char.113.pagina.2.
Ventris fluxum prouocantia lib.2.charta 102.pag.1.
Ventrem mollientia lib.2.char.94.pagi 2 &lib.[illegible].char.100.pag.[illegible].&.2.
Ventrem stringentia lib.2. char.131.pag.2
Vesicam exulcerantia lib.2.char.228.pa.1
Vesicæ remedia lib.lib.2.char.226.pag.2.
Venenis resistentia li.4.char.103.pa.2.li. 4.char.123.pag.1.& lib.4.char.126.pag.1.

Vene-

Venenorum cura lib.4.char.93.pag.1.& & lib.4.char.97.pagina 2.

Venenis omnibus utilia lib.4.charta.116. pag.1.

Venenis prohibendis utilia lib.4.char.99 pag.2.

Venenis datis remedia lib.4.char.99.pa: 2.libro 4.char.126.pag.1.

Venenorum remedia lib.4.char.129.pag: 2.& lib.4.char.130.pag.1.

Venenosa de domo fugantia lib.4.charta 29.pag.1.

Veneficium fugant lib.4.char.131.pag.1.

Venenum inferentia lib.4.char.103.pa.2.

Vestigia eradicantia lib.3.char.165.pag.2

Ventris dolorem sedantia lib.2.char.137. pag.2.& lib.2.charta 142.pag.1.

Vermiculos auriū perimentia lib.1.char. 130.pag.2.& lib.1.char.148.pag.1.& libro 1. char.152.pag.1.

Verrucas corporis tollentia lib.3.char.84 pag.2.& lib.3.char.67.pag.1.& lib.3.char. 88.pag.1.& lib.3.char.90.pag.2.

Vermes in dentibus perimunt lib.1.char. 189.pagina 2.

Ventositati quæ est in stomacho,& tollitur per eructationem lib.2.char.88.pag.2.

Vertiginis capitis remedia lib.1.char.68. pag.2.& lib.1.charta 69.pagina 1.& libro 1. char.69.pag.2.

Veretri pruriginis remedia lib.3.char.179 pag.1.

Virgæ inflationis remedia lib.3.char.161 pagina 2.

Virgæ ulcerum medicamina lib.3.charta 161.pag.1.

Virgæ pustulis conuenientia lib.3. charta 115.pag.2.

Virgæ erectio lib.4.char.69.pag 1.& li. 4.char.70.pag.1.& lib.4.char.72.pa.1.

Virgæ apostematis frigidi remedia libro 3.char.115.pag.2.

Virgæ apostematis calidi remedia libro 3. char.114.pagina 2.

Virgæ uirilis passionum remedia libro 4. char.69.pag.2.& lib.4.char.71.pag.1.

Vitiorum capitis remedia lib.1.chart.18. pag.2.& lib.1.charta 29.pag.1.& lib.1.char. 31.pag.1.

Vitiosis dentibus utilia lib.1.char.181.pa. 1.& lib.1.charta 183.pag.1.& lib.1.char.184. pa.2.& lib.1.charta 193.pag.2.

Viperarum ictibus remedia lib.4.charta 103.pa.2.lib.4.char.129.pa.1.lib.4.char.129 pag.1.

Vi

Vigilias prohibentia lib.1.char.67.pa.1.
Vlcera profunda incarnant lib.3.charta 154.pag.1.
Vlcerum omnis generis auxilia lib.3.charta 117.pag.2.
Vlcera humida exiccantia lib.3.char.153. pag.2.
Vlcerum corporis rem.lib.3.char.135.pa.2
Vlcera & omnia manuum uulnera sanant lib.1.char.134.pag.2.& lib.1.char.57.pa.1.
Vlcerum oris medicinæ lib.1.char.212.pagina 2.& lib.1.char.214.pag.2.
Vlcerum in capite manantiũ remedia lib.1.char.19.pag.1.lib.1.char.20.pag.1.& lib.1.charta 2.pag.2.
Vlcera oculorum sanant lib.1.char.112.pagina 2.
Vlcerum & parotidarum remedia libro 3.char.150.pag.2.
Vlceribus sordidis utilia lib.3.charta 152.
Vlcerum capitis remedia lib.1. (pag.2.char.18.pa.1.& lib.1.char.19.pag.1.& lib.1.char.19.pag.2.& lib.1.charta 22 pag.2.
Vlceribus putridis cõuenientia lib.3.charta 152.pag.2.
Vlcerum uirgæ remedia lib.3.charta 161.pagina 1.

Vm

Vmbilici apostematum & eminentię eius remedia lib.3.charta 109.pagina 1.

Vocis raucæ remedia lib.1.char.207.pagina 1.

Vocis raucedini remedia lib.2.charta 24. pag.2.

Vocis diminutioni & abscisioni utilia li. 2.char.25.pagina 2.& lib.4.char.33. pag.2.

Vocis natura lib.2.char.19.pag.2.& lib.2 charta 20.pag.1.

Vomitus curatio lib.2.char.78.pag.1.li. 2.char.84.pag.2.& lib.2.char.85.pag.1.& 2 & lib.2.charta 87.pag.1.

Vomitum arcentia lib.2.char.37.pag.1.

Vomitum sistentia lib.1.char.79.pag.1.et lib.2.char.82.pag.1.& lib.1.char.83.pag.1. & 2.& lib.2.char.84.pag.1.

Vomicæ morbi remedia lib.1.chart.141. pagina 2.& lib.3.char.112.pagina 1.

Vrinationis difficultati utilia lib.2.char. 240.pag.2.& lib.2.char. 41.pag.2. & libro 3.char.244.pag.1.

Vrinæ incontinentiam compescentia lib. 2.char.24 .pag.1.& libro 2.char.247.pag.2.

Vsturæ faucium curatio lib.1.charta.197. pag.1.

Vulnerum corporis remedia lib.3. charta 131.pag.1.& lib.3.char.150.pag.2.

Vuluæ apoſtematis calidi ſanioſi remedia lib.1.char.115.pag.2.

Vuluæ apoſtematis frigidi remedia libro 3.char.116.pag.1.

Vuulæ remedia lib.1.charta.194.pag.2.

Vuulæ apoſtematum curatio.lib.1.charta 201.pag.1.

Vuulam leuantia.lib.1.char.202.pag.2.

Vuluæ remedia.libr.4.char.23.pag.1.& lib.4.char.74pag.1.

Vuę remedia lib.1.char.210.pag.1.&.lib.1.char.218.pag.2.

Vuæ faucium remedia.lib.1.cha.198.pa.1.&lib.1.char.200.pag.1.&lib.1.char.202.pag.1.

Vngulæ oculorum remedia lib.1.charta 113.pag.2.

Vnguentum maturatiuum libr.1.charta 217.pag.2.

Vnguium morbi remedia lib.3.char.147 pag.1.

FINIS.

SINGVLORVM MORBORVM REmedia, aliarumq; rerum adiuuamenta, quæ facile parari & adhiberi possunt, ex optimis & celeberrimis rei Medices autoribus congesta, & primum ex C. Plin. Secundo.

DE HIS QVAE CAPITI ACCIdunt. Sectio Prima.

Capilli quomodo uario colore inficiantur.

Triplice syluestri tinguntur. Lib. 20. Cap. 20.

Capillo Veneris in uino cum aphr. semine decocto, adiecto oleo copiose, ut crispum, densumq; faciat. 22. 21.

Siliquæ erui uirides cum suo caule, foliisq; contritæ, capillos a ni

22. 25. nigro colore inficiunt.

23. 2. Fex aceti cremata, addito sētischino oleo, illita, una nocte ruffat capillum.

23. 4. Cypri folia tusa, adiecto struthei mali succo, capillum similiter ruffant.

22. 22. Capillum crispiorem fieri, raso prius capite, si fricetur Asphodeli radice.

23. 5. Palmæ cortex capillum denigrat suffitu.

24. 7. Lentisci folia capillum tingunt.

24. 8. Acini chamęacles capillum tingunt.

Eodem 11. Folia quoq; rubeæ, qua tinguntur lanę, capillum tingunt.

Eodem 12. Pastillis ex acatiæ spina capilli tinguntur.

Eodem 14. Ruborum mora cum omphacino oleo, capillum tingunt.

26. 15. Capillum Lysimachia flauum facit, denigrat hypericon, quod & Corion uocatur.

CAPILLVM DENIgrantia, ex Plinio.

23. 9. Succus seminis myrti.

26. 8. Ladanum.

24. 10. Ederæ corymbi denigrant capillum.

27. 7. Absynthij cinis unguento, rosaceoq; permixtus.

29. 6. Corui ouum in æreo uase permixtum, illitumq; deraso capite, sed donec inarescat, oleum in ore habendum est, ne & dentes simul nigrescant.

Iti-

Itidem sanguisugæ quæ in uino diebus 32. 7.
quadraginta computruerunt, præsertim in uase plumbeo.

CAPILLI NE CA-
dant, ex Plinio.

Brassica, fluentes capillos retinet. 20. 9.
Defluuia capitis, urticæ semine illlito co- 22. 13.
honestantur.
Capilli Veneris, eosdē defluere prohibēt. 22. 21.
Farina foliorum arentium myrti. 23. 9. ul.
Ramenta ligni, quod lotos dicitur, in ui- 24. 2.
no decocta.
Castratæ arboris.
Humor è medulla ulmi. Eod. 8.
Polytricha. 25. 11.
Ladanum. 26. 8.
Aloe cum uino austero, capite in sole con- 27. 4.
tra capillum peruncto.
Succus trichomanis, etiam effluxus repa- 28. 19. ul.
rat, alopeciasq; densat, tritum & in oleo illi-
tum.
Axungia syncera cum sulphure. Eodem 9.
Vrsinus adeps mixto ladano & adianto. 28. 11.
Cineres lacertæ combustæ, cum radice re- 29. 6.
centis harundinis, & oleo myrteo.

CAPILLOS QVAE
nutriant.

22. 22. Iasione capiti, præcipue infantium illita.
23. 8. Putamen nucis iuglandis combustum, tritumq; in oleo, aut uino.

ALOPETIAE REMEdia. Ex Plinio

20 5. Si fricetur tusis cepis.
Eod. 8. Beta alba cruda illita.
Eod. 13. Nasturtium nigrum addito sinapi contritum.
Eod. 22. Sinapi cum rubrica
Eod. 23 Cardui syluestris succus illitus
21. 19. Syluestris rosa cum adipe ursino.
Eod. 32. Corchorus herba.
22. 21. Capillus Veneris illitus.
22. 22. Cinis è radice asphodeli.
23. 4. Oleum è nuce iuglande.
23. 6. Lanugo cotoneorum in uino cocta, & illita cum cæra.
Eod. 7. Folia fici adfricata.
Eod. 8. Nucis iuglandis putamen combustum, tritumq; in oleo aut uino.
24. 4. Roboris pilulæ ex adipe ursino.
Eod. 5. Glandis fagineæ cinis cum melle illitus.
Eod. 7. Pix sicca.
Eod. 11. Cinis corticis harundinis Cypriæ, quæ donax uocatur.
Eod. 14 Ruborum rosa cum axungia.

Ra-

Radix linguæ herbæ, combusta & trita cũ Eodẽ 19.
suis adipe in sole ungentium.

Cinis spongiolæ quæ in medijs Cynorho 25. 3.
di spinis nascitur.

Nympheæ & cicutæ radix, si unà tritæ il- Eodem 11.
linantur.

Trichomanes si teratur, & in oleo illinat. 27. 15.

Fel taurinum cum Aegyptio alumine te- 28. 11.
pide illitum.

Fimi pecudum cinis, cum oleo cyprino & melle.

Item ungularum muli uel mulæ ex oleo myrteo.

CAPILLOS TINGENTIA AC NV-

trientia ex Dioscoride.

CVpressi folia ex aceto imposita. 1. 100.

Ruffant folia ligustri arboris, quæ in Eod. 126.
radiculæ succo maduerint.

Denigrat ilignæ radicis cortex cum aqua Eod. 146.
coctus dum eliquescat, & tota nocte illitus, prius cimolia terra purgatos.

Gallæ aceto aut aqua maceratæ denigrãt. Eod. 148.

Denigrat & decoctum palmæ elates subin Eod. 152.
de detersum.

1. 157. Seminis myrti decoctum capillũ tingit.
Ibidem Decoctum foliorum eiusdem.
1. 173. Ruffat decoctum ramentorũ lotę arboris Iuglandis putamen ustum tritumq; in
1. 180. oleo & vino, infantium capite peruncto ca-
2. 182. pillos nutrit.
Mori folia vitium & fici nigræ frondibus simul coctis in aqua cœlesti.
3. 38. Decoctum foliorum saluię.
3. 40. Batos seu rubus, capillos tingit.
3. 105. Verbascum quoq;, cui flos aureus est.
3. 139. Xantij succus flauos facit capillos, cum aqua tepida, capite prius nitro perfricto.
3. 169. Lac recens characię, flauos facit & exiles.
3. 185. Acini Ebuli denigrant.
5. 19. Vinum myrtites.
5. 26. Armenius lapis, pilos in palpebris alit.
Sory medicamentis miscetur, quæ capillos denigrant.
5. 110. Flos salis additur Smegmatis albandis capillis compositum.
5. 20. Aceti fex, addito lentiscino oleo, ruffat.
5. 123. Alcyonij species vsti & ex vino illiti.
6. 127. Ampelitis terra tinẽgdis capillis est idonea
7. 125. ALOPETIAE SEV CAPILLORUM defluuio prosunt, ex Dioscorde.

Oleum

Oleum syluestris oliuæ. 1. 34.
Myrrha cum ladano & uino myrteo illita. 1. 77.
Passelæon, cum farina hordeacea illitum. 1. 93.
Si perungatur cinere corticis phragmitis harundinis cum aceto. 1. 116.
Decoctum seminis myrthi in uino, 1. 157.
Putamen iuglandis ustum tritumq; ex uino & oleo perunctum. 1. 180.
Iuglandis nuclei cõmãducati & impositi.
Auellanarum crematarum cinis cum axungia aut adipe ursi perunctus, alopecijs capillum reddit. 2. 181.
Terrestris herinacei corium combustum, cum pice liquida illitum. 2. 2.
Hippocampi cremati cinis cum pice liquida, aut axungia, seu amaricino unguento illitus. 2. 9
Leporis terrestris exustum caput, & cum adipe ursino aut aceto illitum. 2. 21.
Ranarum cinis ex pice liquida illitus. 2. 28.
Vngularum caprinarum cinis inunctus ex aceto. 2. 46.
Adeps ursinus. 2. 87
Fimum caprinum exustum, & cum aceto mulso illitum. 2. 90.
Fimus murinus detritus cum aceto & illitus, ibidem

2. 136. Betę folia cruda illita.
2. 181 Ciclamini succus.
2. 187. Hastulæ radicis regię cinis illitus.
2. 194. Ranunculi flores & cauliculi illiti.
3. 34. Aloe illita cum uino.
3. 93 Laser cum aceto pipere & uino perunctis.
3. 249. Nymphęa imposita cum pice.
4. 137. Adianton alopecias densat.
Ibidem Defluentes capillos cõtinet idem cum Ladano & Myrtino & Susino, aut Hyssopo uinoq;.
4. 159. Thapsiæ succus illinitione, & radix recens affricta.
5. 84. Rubigo ferri.
5. 113. Sandaracha.
5. 159. Quod cote noxia exacuendo ferro deteritur illitum.

QVAE EVELLANT PILOS ET renasci non patiantur.

Psilotri uim habentia ex Dioscoride.

Cy-

Cyperus Indicus uim pſilotri habet. 1. 4.
Tellinarum ſalitarum cinis cum Cedria inſtillatus. 2. 8.
Scolopendra in oleo decocta, ſi illinatur 2. 16
auellit capillos.
Lepus marinus per ſe tritus, aut cum urtica illitus. 2. 30.
Viridium ranarum cruor auulſos genis 2. 28.
pilos renaſci prohibet
Salamandra liqueſacta in oleo pilos euellit. 2. 67.
Adeps uiperæ. 2. 87
Faba decocta uino, quo tardius pubes erumpat, imo uentri pueris illinitur. 2. 115
Fumariæ ſuccus cum gummi illitus euulſas palpebras renaſci prohibet. 4. 111.
Recens lac characiæ perunctos in ſole capillos euellit. 4. 109.
Lachryma uitibus adhærens cum oleo ſæpius illita. 5. 1.
Auripigmentum capillos euellit. 5. 112.
Pumex ad id aptus eſt. 5. 116
Oſtracites lapis quo mulieres pro punice utuntur. 5. 156.
Melia terra pilos extenuat. 5. 171.

DE CAPILLIS DENIGRANDIS, EX Plinio Valeriano.

Lib. 1. cap. 7. POteſt uideri ſuperuacuum inter remedia corporis ponere ea quę ad decorem pertinent: Sed quoſdam pudet aut ipſos rubeos eſſe, aut in tantum luxuriæ indulgent, ut delitiæ eorum inter ſe diſſentiant, uolentium in pueris rufos capillos, in uiris recuſantium: quemadmodum ergo denigrentur, demonſtrabimus: Ouum coruinum in æneo uaſe oleo permiſcetur, deinde raſo capite in umbra illinitur. Habere autem debet in ore oleũ is qui curabitur donec ſicceſcat ouum, ne ei dentes nigreſcant, & quarto die abluatur.

Sextarius ſanguiſugarum in duobus ſextarijs aceti diebus xl. maceratur ex oleo tritus, deraſoq; capiti in umbra illinitur dum ſiccetur, & ſicut ſuperius prædiximus, in ore oleum tenendum eſt.

Siliquæ erucæ cum ſuis foliis & caulibus conterentur, & capiti raſo illinientur.

Folia cypreſſi trita ex aceto, efficiunt ut capilli nigri renaſcantur, ſed ſpodelio peruncti, criſpi fiunt.

Ope-

Operæprecium est his, qui erubescũt senes esse succurrere, & si canos suos inficere uolunt tanquàm annos detracturi sint, hoc nomine ætati uermium terrenorum cinerem adjiciunt.

DE ALOPITIA ET eius curatione, ex Plinio Val.

ALopitiæ magnam fœditatem afferunt, & propter hanc seruorum precia diminuuntur: necessarium est eas quoq; emendare. Lib. 1. ca. 6

Itaq; cinere pellium uiperarum sparso, celerrime emendantur.

Nasturtio cum sinapi trito & imposito emendat.

Cydonia cocta ex uino & cum cæra trita & illita capillos restituunt: roboris quoq; pilulæ cum adipe ursino tritæ emendant.

Glandes item saginæ cinis, cum melle & oleo cedrino, illinitur.

Cinis ungularum mulæ uel muli ex oleo myrtino.

Cinis item muricum sparsus.

Cinis herinatij recens cum pice liquida.

Gallinacei fimus illitus replet.

Sandaraca ex aceto, fluentes capillos continet.

Le

Leporinus cinis cum oleo myrtino.

Fel taurinum cum alumine Aegyptio tepe factum illinitur.

Adipem anserinum ex melle conteres, & ut supra monstraui uteris.

Epithima diapsicon seminis feniculi uncias quatuor, olei ueteris libras quatuor, ceruſæ duas, aquæ sextariũ unum, ea omnia quũ bene trita fuerint, præcipue litargitũ sic mittis in aquam, & omnia simul permisces ut unum corpus perficiatur, & ita mittes in caccabum ubi oleum miseris, & coques, admoto lento igni, & ita addes in cacabo ceræ albæ libras duas, colophoniæ libras duas, therebynthinæ duas, coquasq; modice & bene permisces. Post hæc supermittis pinicellos debucellatos, quos conficis ita: buccellati optimi bene conditi tunsi & cribrati farinæ libras quatuor, commisces cum succo quem cõficis sic: euisci uncias sex, camomillæ siccę uncias tres, melliloti uncias duas, senograeci uncias sex, dactilorũ purgatorum pond. ñ. hæc omnia infundis in uino Siculo siue Adriano siue Sabinienſe sextarios sex per dies tres, & ita coques quousq; remaneant sextarij duo, hoc ergo apozima conspergi facies buccellari farina, & sic facies, ut dixi, punicellos latos & subti-

tiles, ac si nouissime cærotarium resoluis diligentissime, quumq; solutum fuerit, refundes in mortario, & diligentissime teres, & sic facies magdalia, & repones: facit hoc epaticis, splenèticis, & ad duritiam stomachi, & ad febres, & ad pectus cõtritum, & ad podagram, quæ non nimis calida fuerit.

PSILOTHRVM. EX Plinio Valeriano.

SVnt qui uel suis pilis uel seruorum suorũ in balneo offendãtur sine ulla quidem ratione, sed illorum quoq; persuasioni succurrendum est, & monstrandum quemadmodũ effici possit, ut euulsi pili non renascantur. Li. 3. cap. 52.

Non omni autem psilothro sic utendum est, ut prius q̃ adiiciatur resina pili auferantur.

Sanguisugæ uiuæ tusæ in uictili uase, ex aceto illinuntur per horas tres, deinde in balneo abluuntur.

Lac canis primi partus illinitur.

Amerinæ nigræ semen cum spumæ argenti pari pondere illinitur in balneo.

Sanguis quoq; uespertilionis.

Vipera exemptis ossibus in tribus heminis olei discoquitur & teritur, hoc pecuncti psilothrantur.

Fel

Fel herinacij illinitur.

DE INFECTIONIBVS CAPILLORUM ex Octauio Horatiano.

Lib. 1. cap. 1.

AD denigrationem capillorum, Spumæ argẽti, terræ cimoleæ, calcis uiuæ, sing. semiuncia, trita cum aqua.

Identidem conteri facies uscq; in pinguedinem mellis, & capillos linies.

Linimentum uero cum siccare cœperit, loca fricando discuties, & lauabis ex pusca, in qua terram cimoliam tritam commiscueris.

Ne autem ustionem incurras, procura frequenter, ut quum lauare cœperis, loca ipsa oleo rosaceo irrigentur.

Ferri purgationem, & rasuram plumbi uncias senas, in sextarijs tribus aceti uiscidi coques, ut ad medietatem coctura perueniat. De hac coctione frequenter loca lauabis, & oleo anethino continges.

Ciconiarum oua in uas plumbeum adijcies, & agitabis: ex hoc capillos unges. Cum uero linimento siccauerint, ex aqua in qua betæ decoctæ fuerint tepida, delauabis.

Capparis radicem confringes, & tribus diebus

ebus in lacte infundes asinę: post uero coques molli molli uapore, usq; in mediam partem, & frequenter loca confrices.

Fungos arboris nucis comburi facies, ut carbo fiant: postea uero teras, mixto oleo quo ad libuerit. Hoc utaris unguẽto diurno, ut ulterius albi non nascantur.

Betarum rubearum cum radicibus suis libram. I. teras cum ammoniaci salis uncijs II. & admiscebis olei cedrini untias III. ut cõfectio siccari non possit, & uteris.

Flauos uero capillos si facere uelis, lupinos amaros in aqua per dies xij. infundes, & postea ex hac aqua in balneis caput assidue lauabis.

Alumen, quo infectores utuntur, cum aqua conteres, & capillos ex his infundito: quod permanere facies diebus tribus: postea lauabis ex aqua in qua nitrum resolueris.

Sane si tibi multum rubri uisi fuerint, ex ea aqua lauabis, in qua Cimoliam terram resolueris.

Si candidare autem uelis, hyrũdinum stercus, cum felle taurino contrita, loca continges frequentius. Sed hæc superflue nos ordinare, certissimum est.

Cæterum albi prohibendi sunt potius, q̃ procurandi.

Sa

Sane si crispare intendis, Asphodeli radices in uino teris, & ex hoc frequenter infundis.

DE CREMENTIS CAPILLORUM, Ex Octauio Horatiano.

Li. 1. cap. 3.

ALiud generaliter omnibus ad capillorū cremēta. Polytrichi herbæ radices pōdo duo, flores eius pondo. II. cedrini olei pōdo. III. oua gallinarum. X. olei Hispani pondo. XXX. gallarum pondo. III. Radices herbarum in aqua infundes, Flores uero supradictos in sole siccare facies, Oleū uero utrūq; in uas mundum mittis cum ouis, & cæteris speciebus, & agitas q̄ diu, ueluti calefactum proprium odorem exhalet, & similiter quoti die agitas diebus octo. Postea uteris unguento. Attamen Gallico sapone caput lauabis.

Aliqui uero consultius agentes, post capitis loturam hac usi sunt unctione.

Olei cedrini pondo II. uini libra, ouis. III. Nardini olei pondo. V. commiscebis. His omnibus mixtis & agitatis.

DE ALOPETIOSIS EX Octauio Horatiano.

Li. 1. cap. 6

COntingit dupliciter passio cadentium Capillorum: ut aliquando defectu quodam cadant, & nudando partem capitis turpent:

pent: & aliquoties, ut illis ueluti uulnerū horridus plærumq; uisus occurrat. Ergo defectus, ut prius diximus, quum contigerit, caluiciem facit. At fœditas illa, nexo uulpini uulneris similitudinem quandam exhibet: deinde etiam serpentis squammosi superficiem mētitur. Vtrumq; genus passionis fœditatem exhibet capillorum. Sane hæc passio comparanda est fructibus ex malis succis terræ nascentibus. Hinc caussa aliquādo esse poterit, qualitas nutrimenti: & si forte sterilis terra fuerit, fructus cum raritate degenerat: sin uero humor corruptus, etiam fruges degenerant. Ad hanc ergo formam, etiam in capillorum uitijs debemus aduertere. Talis enim erit eorum positio, qualem qualitas ostenderit capitis. Est ergo utriusq; accedentibus uitijs, manifesta & æqualis origo nascendi, unde simili curatione iuuari debebunt, licet diuersa cognomenta sortita sint pro sui accidentis qualitate: ut Alopetia ex cognomento uulpium, ἀλωπεκίας, ex serpentium squammis cognomentum acceperit. Est namq; huius passionis distantia, quæ profecto ex humorū colore originem caussarum attestatur: ut aliquādo rubra, aliquando etiam nigra uideatur. Purgantur adeo proprijs purgationibus su- *Alopetia.*

is. Nam suadeo propriam totius corporis curam & diligentiam decernendam, quoad ulterius acerbi & corrupti humoris pertinaciã per inferiora depositam, à capitis hactenus inquietudine deuocemus.

Apophlegmatismi. Sunt itaq; si de flegmate caussa uel origo peruenerit, apophlegmatismi adhibẽdi tales.

Pyretrum, & staphisagria, cum granis masticches, æ qualibus ponderibus mixta, & contusa adhibeantur, & sales cum pulegio contriti similiter, & cum oxymelle mixti sint, ut diutius teneantur.

Ergo quoniã singula accidentia proprijs suis purgationibus liberãtur, superaddo purgationis genus, quod in commune sine alterius humoris præiuditio operetur: quo omne corpus diuersis humoribus infestatum releuari possit.

Colocynthidos interiorum ℈ I. aloes ℈ I. scammoniæ ℈ I. absinthij ℈ I. omnibus contritis & mixtis cum succo cytoniorũ catapotia conficimus, quæ pro qualitate corporis atq; caussarum adhibeo.

Accipi autem debebunt, si breui accidit in modum lentis, aut. VII. aut. IX. aut certe. XI Si autem in anu, aut homine uetusto fuerit, maior cura exigitur, unde cum aqua calida com-

competenti, intermissis etiam diebus dabo quod post ordinabitur.

Post beneficia itaq; harum purgationum, quæ toto corpori prodesse prius potuerant, etiam particulis, hæc sunt adiutoria sociandа.

Eurforbium tritum cum oleo pro linimẽto adhibemus, aut oleum solum laurinum, aut nasturtij semen cum oleo, aut sulphur uiuum cum nitro combustum, æquis ponderibus cum aceto, aut erucæ semine cum oleo, aut ursinis adipibus tantummodo confrixentur. Similiter etiam alcyonium combustum cum aceto, uel cedria, operabitur.

Hoc etiam murium fimus cum aceto, hoc amygdala amara, hoc cepe tritum cum oleo, hoc rhaphani cortex cum melle contrita facit.

Nam etiam ferri purgatio cum aceto, uel hordeum combustum cum murium fimo, & aceto siccare potest. Omnes confectiones quę mediocriter calefacere possunt, mediocribus & delicatioribus corporibus adhibendæ sunt.

Prius ergo loca linteolo usq; ad ruborem, ante curam confricentur mediocriter, ne uulnerentur. Quæ si uulnerabuntur, oleo roseo,

uel adipibus anserinis recuranda erunt.

AD DEFECTIONEM Capillorum, quibus ægritudine prolixa carere sæpe contingit, ex Octauio Horatiano.

Lib. 1. cap. 4.

COriandri seminis uncias II. Cymini anatolici uncia I. herbæ Peristerei uncia I. Omnia infundes in olei myrtei, & uini cretici sextarijs II. Et post tertiũ diem molli uapore coques, usq; dum materia consumatur, & ita uteris.

Adipis ursini uncias II. ueretri asini combusti uncias II. polytrichi unciam I. polygoni uncias IIII. myrtei olei pondo II. Omnia tusa & cribellata, commisces, & uteris psilothro.

Capillos locis propriis defugabis, si uespertilionum cerebra lacte muliebri contrita cõmisceas, & adhibeas. Aut si marrubij succo lac asinæ commisceas, & similiter loca contingas.

Hoc & Tunni piscis fel, ladani lachryma commixtum facit. Etsi leporis sanguine recẽti loca contingas.

Sandaraca & Hyoscyami succo æquis põderibus mixtis, loca continges, & capilli cadent, nunquàm ulterius exituri.

Ci-

Cicutæ herbæ ſuccum cum aqua diligenter cõtritum, euulſis ex oculis pilis, adhibeto diebus tribus, & ulterius non naſcentur.

Cimicis ſanguine cũ maxime mulieribus loca continges.

Veſpertiliones cũ plures uiuos accipias, & eos in uas cum cedria infundas, quàmdiu illo tempore putrefieri poſſint, & ex eo loca contingas quæ à capillis ſemper immunia eſſe uolueris.

Agreſtis urticæ ſemine cum oleo contrito, loca continge.

Pini arboris comas accipies, & cum melle conteres, & repones. Cum uero uti uelle cœperis, loca confricabis.

DE CAPILLIS CADENTIBUS ex Octauio Hora.

INſtruam etiam de capillis cadentibus, qui aut longa ægritudine, aut abundantia uaporis cadentes, ante ſenilem ætatem nudare caput conſueuerunt. Ordinamus itaq; confectionis genus, quo non ſolum cadentes retineri, poſſideriue poſſint, ſed etiam forte qui ceciderint, reparentur. Lib. 1 cap. 2.

Accipies quàm plurimas Napas, & in uaſe fictili clauſas incendes: & poſtea cum oleo conteres, & caput illinies: ſane ſollicitus, ne

frontem tangas, ob tumores emergentes: licet falso tumore terrearis.

Vt crines crescant. Melanthion super carbones cum torreris, teres, & cribrabis, & cum aqua commixto, caput illinies. Hoc & alios innasci facit q̃ maxime.

Ad supercilia. Si supercilia curare uelis: Ladanum cum uino teri facies, & oleum myrteum admisceb is, & uteris ut pinguissimo linimento.

Nuces uirides immaturas quassabis, & eas in oleo fremiali infundes, & aluminis humecti tertiam partem, & in uase fictili nouo repones diebus xl. in subdiuali: & post uteris unguento probato.

Nigræ myrti foliorum uncia I. gallarum quassatarum unc. II. similiter in oleo infundis, ut supra, & uteris.

Hoc etiam supercilijs utile est, quod Græci τριχίασις appellant, Herbam Peristereon cum radicibus suis siccatas teris, & cribras, & oleo commisces, & uteris.

Ne capilli cadant. De experimentis: Adeps ursinus, cum Ladano & Adiantho subactus, illitusq̃, capillos effluere non patitur.

Et Sandaraca cum aceto contrita, idem facit.

Capita muscarum cum melle contrita, par

be-

beneficium faciunt in continendo capillo, ut capilli etiam post combustionem exeant, si fieri uelis.

Ficus folia sicca tundis, & cribrellas, & ex eo puluere loca confricas, aut cum aqua dulci decocta proderunt.

Alcyonij radices combures, & teris similiter, & præuaporatis locis asperges.

Sed quoniam aliquando supercilia, uitio imminentis elephantiæ, aut siccitate nimia corporis cadunt, ut in capite sæpe contingit, hi sic constringendi erunt.

Cedrinum militrum combures, & eius nidoris puluerem colligis. Vnde hoc supercilia tangere debebis.

AD CAPILLOS TINgendos, ex Apuleio.

HErba Callitricho in oleo trita, capilli uncti inficiuntur.

CAPILLO TINGENdo, ex Quinto Sereno.

QVos pudet ætatis longæ, quos sancta senectus Offendit, cupiunt properos abscondere canos, Cap. 4.
Et nigrum crinem fuco simulare doloso,
His prodest acri contrita cupressus aceto,

Vel frons lentisci, uel tristia poma Sabuci;
Lumbrici quoq; terrestres miscentur oliuo,
Et iuuenem præstant rediuiuo flore capillū.
Præterea niueum poterit depellere crinem,
Rhesina ex facili cæra, uiscóq; coacta.
Ad rutilam speciem nigros flauescere crines,
Vnguento cineris prædixit Tullius autor.
Si prægnans artus captiui soricis ædit,
Dicuntur fœtus nigrantia lumina fingi.

DE FLVORE CAPILlorum, & maculis capitis tollendis, ex Quinto Sereno.

Cap. 8. DEfluit expulsus morbo latitante capillus,
Si raro lauitur, seu uis epota ueneni,
Seu Salamandra potens, nulliscq; obnoxia flāmis.
Eximium capitis tactu deiecit honorem.
Nonnunquàm uariant maculæ, paruiscq; parumper.
Orbibus aspersū ducit noua uulnera tēpus,
Vipereq; pellis cinerem his appobito rebus.
Roboreá sue pilas ursino iungito seuo,
Vel testudineo mala præmulceto cruore.

DE TINCTVRIS CApillorum, ex Galeno, Libro de facile parabilibus.

Vn

VNctiones Capillorum, ut etiam canî fiant nigri: Scoriam ferri & plumbū coque in aceto, usq; ad medietatem.

Radices Capparis terens, coque in lacte asinæ usq; ad tertiam partem, & utere, & hoc serua, quia per totum nigrificat capillos capitis.

Turturis marini fel linas cum oleo, & unge capillos.

Fungos nucis combure, & linias cum oleo, & unge.

DE PRAESERVATIONE à canicie, ex Galeno, de facile parabilibus.

ACcipe cucurbitam syluestrem, & perfora eam, & munda ipsam bene ab ijs quę sunt intus, deinde imple cum oleo laurino, & adde de Iusquiano non trito, & dimitte una die, & unge semel in anno.

AD FACIENDVM CAPILLOS albos, Ex Galeno Libro de facile parabilibus.

STercus hyrundinis terens cum felle tauri unge.

Taxi barbati alborum foliorum combure florem, & extingue aceto, & liniens unge.

DE CAPILLORVM AD FACIENDVM

Capillos flauos, ex Galeno, Libro de facile parabilibus.

ALumen coque in aqua, & cataplasma capillos duobus diebus, & post hoc laua cum aqua in qua est dissoluta, sex uini cōbusta.

Cum apozimate lupinorum amarorū unge capillos, uel ipsos lupinos amaros, crudos terens, & permiscens cum aqua unge.

Fecem uini permisce cum glutino balnei, & fac sicut spissitudinem ceroti, & unge caput quando uadis dormitum.

Folia Alcannæ infunde in succo absinthij, & utere hac infusione.

Rubeam tinctorum, sticados, citrinū politricum, absinthium, lupinos, pone in aqua, reponens in uase uitreo, & dimitte per nouē dies, mouendo bis in die. In tempore uero usus, accipiendo de dicta aqua quod sufficit, infunde in eam spongiam, & dimitte ut imbibatur in aqua, & quum fuerint desiccati capilli, laua cum aqua calida & sapone.

DE CASV CAPILlorum, ex Galeno, Libro de facile parabilibus.

AD casum capillorum ulmi radicem, & de

de foliis manipulum unum, lenias cum quatuor cyathis aquæ, & unge, & post hoc unge cum oleo.

Sambucum comburens misce cum ceroto, & unge.

Myrrham & Laudanum unge cum uino, aut oleo myrtino.

Aloem permisce cum uino nigro austero, & unge.

Accipe apes multas, & combure, & misce cum oleo & unge, cauendo ne ungas id quod est circa.

Nigellam accipiens comburens, & liniens cum aqua, & unge, maxime autem hoc confert in supercilijs.

DE CAPILLIS QVI cadunt his, qui resumuntur ex ægritudine, ex Galeno de facile parabilibus.

LAudanum cum uino & oleo rosaceo coque, & fac spissitudinem ceroti, & unge.

Radicem Celsi ex Cortica, & combure, & coque, ut dictum est.

Pollicariæ semen terens, pone in lixiuio, & laua caput, deinde coque lentiscum, & collue caput.

DE CAPILLORVM VT IN LOCO COMbusto absigne, oriantur capilli, ex Galieno Lib. de fac. par.

FOlia ficus terantur, & leniantur, & apponantur in loco.

PSILOTRVM PILOrum, ex Galieno Lib. de facile parabilibus.

CErebrum uespertilionis linias cum lacte mulieris, & unge.

Fel Thynni misce cum gummi ederæ, & unge.

Accipe sanguinem recentem leporis, & unge.

Sanguinem cerui & permisce cum aceto, & unge.

Fructum urticis syluestris accipe, & linias cum eo, & frica cum ipso locum.

Recipe uespertiliones plures uiuos, & pone eos in bitumine, & dimitte ut putrefiant, & unge quemcumq; uis locum.

DE ALOPETIA EX Galieno, Libro de facile parabilibus.

Gzo eim dis fore auffallen

MVrem accipiens combure, & tere, puluerem permisce cum adipe ursino, & unge, præfricans locum cum cepe albo.

Canta-

Cantarides accipiens, combure & tere & puluerem permisce cum melle, & unge.

Cum folijs ficus frica diligenter, deinde unge cum adipe ursino.

Spumam maris combure & terēs, permisce cum oleo, & unge.

Ranam habentem longa crura, combure & terens, assume cum pice liquida, & unge locum, præfricando ipsum.

Equi pluuialis pellem cōbure, & unge locum.

Sanguine turturis marini, unge locum.

Accipe stercus muris, & tere & permisce cum aceto, & fac mellis consistentiam, & unge, prę fricando locum.

Aphodillum, tere & permisce cū aceto uel uino, & prę radēs locum, frica cum folijs ficus uel cum panno aspero, & unge.

Radicem cannæ combure, & permise cum adipe ursi, & unge.

Titimallum terens, unge locum eius.

MACER DE CRINIbus. Absinthium.

Denigrat crines, & eo sit sæpe perunctus.

Vrtica.

Defluuium capitis, si succo seminis huius Vngas sępe caput, reprimit, doctore Galeno.

Illi-

Illius semen, collectum tempore messis.

Lilia.

Bulbū pingui porcino si decoquis uel oliuo
Reddere posse pilos membris narrat adustis.

Cœpe.

Contritis cœpis, loca denudata capillis
Sæpe fricans, capitis poteris reparare decorē.

Sinapi.

Illud Alopecias iuuat unguen sæpe fricando.

CONTRA ORTVM CAPILLORVM, promiscue ex omnibus.

VT capilli nunquàm renascantur, euelle eos, & inunge locum sanguine uespertilionis, uel sanguine paruæ ranæ.

Sanguissugas de lacu tractas, cum forti aceto appone.

Item cinis stipitis caulium emplastratus, ortum capillorum tollit.

Item, lac canis inunctum, non sinit capillos nasci.

Idem facit sanguis eius.

Item succus Cucurbitæ, cum aqua diligenter mixtus, ponatur super locum depilatum.

Item Ladanum, gummi Hederæ, formicarum oua, Auripigmentum, & acetum, confice in loco ubi posueris, nunq̄ pili nascētur.

In

In balneo pone puluerem ranæ uiridis combustæ, omnes pili qui tibi balneabuntur cadent. *Expertum*

Farina lupinorum apposita, facit pilos cadere, & alios exire non permittet. *Isaac.*

Succus fumi terræ, mixtus gummi Arabico, & euulsis capillis appositus, non permittet capillos exire.

Farina fabę, inguinibus puerorum apposita, non sinit pilos nasci. *Idem*

PROHIBENTIA ORtum pilorum, secundum Auicennã, sunt hęc.

OPium, Iusquianus, mucillago psilĩ, sanguis ranarum lacunalium, & Testudinis aquaticę, & Vespertilionis, oleum decoctionis lacertę uiridis minor, Et Chimolea & Ceruſa, & plumbum & Lytargyrium & puluis Ostrearum & Margaritarum. *Auicenna*

Vermis qui noctu lucet, & dicitur Stella, si vngatur, non sinit oriri pilos.

Pulvis ossium Cygni auis super caput alicuius positus, cito facis pilos cadere.

Sanguis Limacis uel Testudinis, efficaciter ortum capillorum impedit.

Con-

CONTRA CASVM Capillorum, ex uarijs.

SI capilli cadunt, fac lixiuium de cinere pulueris ſtercoris columbini, & laua caput.

Iſaac Auellanæ tritæ cum axungia urſi, capillos auulſos reſtituunt.

Folia quercus, & Medianum corticem eius coque in aqua, & laua caput.

Cinis paruularum ranarum combuſtarum alopeciam curat.

Cinis ſimi caprini, cum oleo unctus, multiplicat capillos.

Porrigo. Decoctio radicis Maluę in aqua, capite inde loto, furfures cadere facit.

Aqua decoctionis Mediani corticis Vlmi, capite ſępe loto, idem facit.

Macer. Abſinthium tritum ſuperligatum, cito ſanat.

Tere Petroſelinum cum ſanguine porci, bulleant in uino albo, & poſt colentur per pannum ſuper aqua frigida, & pinguedo ſupernatans colligatur, & conficiatur cum uitello oui cocto, & maſtice & cimino, & ungatur inde locus, quia cito pili naſcentur.

Vnge locum melle crudo, & ſuper aſperge cinere uiridis Lacertę combuſtę, multos generat pilos.

San-

Sanguis testudinis terraneæ inunctus, plurimos capillos generat, & lepram sanat.

Idem facit eius testa combusta.

Lac asinæ summe denigrat capillos.

Panem ordei cum sale cõbure, & cũ axungia ursi commisce, unge, ubicunq; uolueris pili nascentur.

Acatia, atramentum, cortex nucis exterior trita & distẽperata aceto, ut sint liquida, applicentur pro unctione patientis, pilos denigrant.

Cinis ungulæ capræ cum pice compositus, alopetiam sanat.

Lauetur caput urina canis, & non fiet caluitium.

Item, fac lixiuium de cinere ligni hederæ decorticati, laua caput sæpe, & erunt capilli flaui per duos menses.

Item hæc faciunt nasci pilos secundũ Auicennam: Oleum in quo Cantarides decoctæ fuerint, multum deficcat cutem, & post apponantur quæ sequuntur: Oleũ ouorum, axungia ursi, cinis condisi, & priapi asinini, & splenis eius, & cinis cornuum, & uentris leporis usti, & ladani, abrotani cinis, & capillorum Veneris, auellanę combustę, & nucis combustę, oleum raphani, & baccę lauri.

Biblioteka Uniwersytecka Starodruki Toruń
BIBLIOTEKA ELBLĄSKA

Lacerta uiridis & sanguisugę conficiantur cum oleo laudanico, & ungatur locus, pro certo nascentur pili.

Pellem capitis uulpis cum capite comburę, & lacertam uiridem capite amputato in oleo die uno fortiter buli, & unge, & puluerem appone ubi uolueris pilos nasci.

Idem facit cinis stercoris caprini, & ungularum eius.

Testudinem uiuam super tegulam incende, & puluerizа cum tribus dr. aluminis, & tantundem medullę ceruinę cum uino coque, & caluitium unge.

Idem facit apum cinis cum oleo unctus.

Item Euphorbiū cum oleo appositum, mirabiliter ualet.

FVRFVRVM CAPITIS REMEDIA,

ex Plinio Secundo.

Lib.	Cap.	
20.	9.	Scilla illita ex oleo cocta.
20.	21	Maluę radix decocta.
21.	19.	Radices lilij.
22.	21.	Adiantos.
Eod.	25.	Zea cum uino, & nitro cocta.
23.	1.	Acetum uini cum aqua.

Fex

	Lib.	Cap.
Fex vini cremata cum fico decocta.	23.	1.
Succus fruticis recentis oleę accensi distillans.	23.	3.
Oleum Amygdalinum cum vino.	Eod.	4.
Caprifici folia quæ mollissima sunt cum aceto.	Eod.	7.
Nuces amygdalę amarę.	Eod.	8.
Buccę Lauri ex oleo illitę.	*Ibidem*	
Foliorum myrti arentum farina insperſa.	Eod.	9
Flos salicis tritus cum foliis.	24.	9.
Harundinis quæ in India, Syriaq; nascitur radix cum uino decocta.	Eod.	11
Succus fœnigræci decocti	Eod.	19
Farina fœni græcicum uino & nitro.	*Ibidem*	
Ladanum addito sale.	26.	8.
Fel hircinum cũ vrina tauri adiecto sulphure.	28.	11.
Alumen mixtum aquę cum sero & pice.	35.	15.

FVRFVRVM ET VLcerum capitis remedia, Ex Dioscoride.

OLeum sylueſtris oliuę.	1.	34.
Cicinum oleum.	Eod.	38.
Amygdalinum oleum cum vino.	Eod.	39.
Myrtinum oleum.		47.

1. 54. Melinum oleum.
1. 56. Telinum.
1. 61. Susinum seu liliaceum.
1. 239. Foliorum salicis decoctum, furfures purgat in corpore.
18 140. Sudor ligno syluestris oleę uirenti accenso, manans, illitus.
Ibidem. Oleaginum semen illitum.
1. 157. Seminis myrti decoctum in vino.
2. 23. Sępię atramentum ustum in sua testa.
2. 91. Vrina canina uetus.
2. 112. Fœnigręci decocti cremor.
2. 131. Malua cum urina peruncta.
2. 136. Decoctum foliorum utriusq; Betę.
2. 189. Bulbi cum tosto nitro.
4. 40. Rubi folia commanducata.
4 137. Oxalmę seu muria acida.
5. 16. Vinum myrsinites.
5. 30. Alumen cum eruo & pice illitum.
5. 114

AD CAPITIS VItia, porigines & furfures, ex Apuleio.

Herbę Nasturcij semen mixtum cum adipe anserino, & tritum ablutione, furfures è capite eijciet.

Pori-

PORIGINI DE-
pellendę, ex Quinto Sereno.

Cap. 8.

ESt insensibilis morbus, sed noxia forma,
Cum caput immensa pexum porrigine ningit,
Copia farris uti frendentibus ędita saxis.
Hanc poterit maluę radix decocta leuare.
Aut tu feniculū, nitrumq́ę, & sulphura uiua,
Cōtere, deinde caput permistis ablue cunctis,
Furfuribúsue nouis durum miscebis acetum,
Vt uarios crines tali des unguine puros.
Prodest & tarda demptus testudine sanguis,
Et prodest cedro dimissus ab arbore succus.
Desinet interea glomerari farrea nubes,
Cessabitq́ę grauis crebrę porriginis hymber.

DE FVRFVRIBVS
ex Galieno, Libro de facile para-
bilibus.

CHimoleam infunde in aqua, & misce succum bletę, & unge, deinde lauans accipe olibanum, & tere, & permisce cum uino & oleo, & unge, sequenti uero die stafisagriam cum oleo inunge.

Recipe nitri, fecis uini, mirabolanorum, añ. libram unam, stafisagrię lib. 1. se. permisce cum oleo antiquo, & unge. Humidas autem furfurationes, laua cum aqua salsa, uel cū

decoctione lupinorum, est enim expertum.

Laua caput cum succo portulacę.

Vnge caput cum succo bletę cocto uel crudo, permixto cum melle.

Chimoleam permisce cum decoctione fœnugręci, & unge.

Recipe radicē cucumeris syluestris, & eoque, & cum decoctione eius laua.

Recipe squillam, & sepelies in camino, & quando fuerit mollis, exprime eā, & eius succo permisce parum olei, & unge.

VLCERVM CAPITIS REMEDIA.

Sectio tertia.

AD VLCERA IN CAPITE manantia, ex Dioscoride.

Lib. Cap.

1. 41. SVsinum oleum ulcera in capite manantia seruidásq; eruptiones emendat.

1. 58. Thus ambusta igni cum suillo adipe aut anserino, ulcera in capite manantia cum nitro si infricetur, sanat.

2. 184 Fici cum polenta ulcera in capite manantia purgāt.

2. 91. Vrina canina ulcera in capite manantia abstergit.

	Lib.	Cap.
Cicer satiuum cum eruo ulcera capitis sanat.	2.	124.
Malua una cum urina idem facit.	2.	131.
Sertula campana illita cum creta Chia, uino aut galla ulcera in capite manantia sanat.	3.	46.
Ruta cum aceto rosaceo & cerusa.	3.	50.
Lilij radix ulcera capitis purgat.	3.	115.

AD VLCERA IN CAPITE manantia, ex Plinio Valer.

VLcera in capite manantia tanq̃ proprius morbus præcipue infantibus nascuntur, sed & uiros & mulieres si cœperint, grauiter infestant, quæ felle taurino efficacissime sanantur.

Vitulino felle cum aceto tepefacto illiniuntur.

Seuum uituli cum sale utilissimum est.

Testarum, muricúmue purpurarum cineres ex melle illiniuntur.

Allium cum sua ueste comburitur, cinisq; eius ex oleo imponitur.

Menta contrita & apposita siccat.

Oleum amygdalinum cum uino mixtum expurgat.

Galbanum cum melle illinitur, & folia rubi in quo mora nascuntur, contrita imponuntur.

Miſy tritum cum uino in lana ſuperpo-
nitur.

Malua erratica in urina humana trita, ual-
de deſiccat.

Omnia capitis uulnera quũ purgata ſunt
mundiſſimè, ad cicatrices perducuntur hoc
ceroto.

Spumæ argenti tunſę & cribratę lib. una,
ceruſæ optimæ libra una teruntur, & cęrę al-
bę tantundem ex olei roſati libra una remit-
tuntur, & refrigerãtur. Deinde raditur & mi-
ſcetur cum ſpuma & ceruſa, adiiciuntur ouo
rum quatuor lutea & cruda.

Reſinę pictumę libręſex, cęrę albę uncię
ſex in oleo decoquuntur, ita ut paſtillo miſce
antur & acopi modo perungantur.

Ad tineas: Stercus porcinum combures ſu
per teſtam mundiſſimam, cui trito admiſces
acerrimum acetum, & facto medicamento, la
ues prius caput ſubſtinentis ex uino, poſt hęc
ſuperlinies, quo ſi uſus fueris frequenter, ca-
pilli ei ut ſano naſcentur.

Ad tineas capitis uel uulnera, nuces ranci-
das uſtulatas cum corticibus diſtemperas cũ
aceto, & imponis, ſimiliterq; ſtercus anſeris.

Ad eos qui caput humidum habent, picis
drachmas xl. reſinę ſiccę drachmas xl. cęrę

dra

drachmas xl. stiptirię humidę drachmas uiginti, aceti cocile drachmam unam.

Item confectio cathartici, piperis denarios decem & octo, scamoneę optimę candidę coctę unciam unam & semis, amei denarios decem & octo, feniculi seminis denarios quindecim, appij seminis denarios octo, carui denarios nouem, epythymi denarios octo, agarici denarios nouem, dabis uero in potione denarios sex, teris species singulas, & cribras, & colligis in hemina mellis despumati, soluis autem potionem istam in calidę aquę coclearibus duobus, & addis coclear unum liquaminis, & aliud aceti, & ita dabis. Reficiat qui accipit buccellam panis infusam in uino puro.

DE ACORIS, EX OCTAuio Horatiano. Lib. 1. Cap. 5.

ACoras, papillas dicimus, quę per cauernas breuissimas humorē pinguissimū mittunt. Hę frequenter in capite, uel facie, & cęteris membris emergunt. Quibus & cęterę papillę sunt similes, quas Ceriones appellamus. Sed & distant: ꝙ Ceriones plures cauernas egestionis habent, & humorem multo pinguiorem emittunt: Acora autem unam cauernam habet, & humorem egerit aquatiorē. Acoræ. Ceriones.

Estuamq; utriusq; causſa una, uitiorum nascendi necessitas. Quę cum se plenam monstrauerint, ordine tali curandę erunt. Primo purgatione totius corporis uti conueniet: ut origo quę hęc effecerat, egeratur: Purgatione inquam tali.

Scommoniam, aloe, colocynthida ęquis ponderibus contritas, succo cauliculorum tẽperamus, & catapotia in modum eruí grani conficimus.

De quibus erit nobis plena datio ℈. VII. Secundę. V. & ut se ratio ętatis, & causſę qualitas attulerit. Incipientibus uero causſis, etiã sola unguentorum frequenter beneficia sufficerunt.

Terra cimolia cum aceto contrita, seu creta argentaria similiter. Sic pompholix cum aceto adhibetur: sic spuma argentí: sic chartę combustę cinis cum aceto medebitur.

Quibus uero hęc uulneratio obuenerit eũ dolore, Primo ex aqua calida fouendi sunt, in qua decocta sint, aut rubus, aut sparagi radix, aut saluię folia.

Hoc & lenticula cocta, & cum melle contrita curare consueuit.

Ante tamen lauanda loca erunt succo betarum, mixtis fenigręci pollinibus.

Pi-

Pini corticis combusti cinis mixtus cerotario, & oleo roseo adhibet: Sic & Cadmia, sic & cerussa, sic & spuma argenti adhibetur in balneis.

Certum est namq;, in fœminis cauendam esse aceti adhibitionem. Vnde magis eis uino omna medicamenta temperanda erunt.

Item nitrum combustum uino stiptico extinguis, & contritum in balneis adhibebis.

Similiter & mirobalanum oleo coniungas.

Quod apud Appollonium probatum esse cognouimus.

Appollonij experimentum.

Aliud: Olei rosei, uel myrtei unciam mittes in motarium plumbeum.

Accipies etiam pistillum eiusdem metalli, & teris quàm diu oleum pingueſcat & nigre fiat. Item in aliud mortarium cuiuslibet metalli, mittes spumę argenti libram unam, tantundem ex cerussa, & eorum puluerem combures cum oleo supradicto.

Ex hoc omnes acoras ubi fuerint, linimento curabis.

Hoc medicamentum & in papulis, & in pudendis ragadijs, uel condilomatibus, quę semper pro loci natura acrioribus medicaminibus

nibus commouentur, etiam prodest. Apud aliquos hoc genus medicamenti Ricotia appellatur.

Aliud Rutatum. Spumę argenti ℈ VIII. rutę uiridis foliorum ℈ V. olei myrtei ℈ VIII. acori libram unam, misces omnia contrita diligenter, & loca fricando curabis. Prius succo betarum similiter ut superius, loca lauanda sunt. Cerussę ℈ III. spumę argenti ℈ II. olei myrtei. IIII. sulphris uiui ℈ I. soluta commisces, & simili modo uteris non solum hoc capiti, uel quoquo loco emergētibus exanthematibus prodest. Appollonij iudicio comprobatum.

VLCERA IN CAPITE manantia, ex Apuleio.

HErba mentha contrita & imposita, ulcera siccat.

EX MACRO DE VLCERIBUS capitis.

Viola.

COntritis foliis uiolæ, cū melle perungēs Vlcera sanabis capitis, si iungis acetum.

DE PSIDRACHIIS & exflorationibus, ex Galeno de facile parabilibus.

PSidrachia sunt parũ exflorationes factæ in capite, similes ueſicis eminentibus in ſuperficie. *Sidrachia.*

Exflorationes uero ſunt ulcerationes factę in ſuperficie, ſubrubicundæ & aſperæ. *Exflorationes.*

Curantur autem ſic: Recipe farinam fabarum, & infunde in uino, & appone ſicut cerotum.

Fac cerotum de Alcanna & ceruſa, & unge.

Recipe amili, ceruſæ, aluminis foliorum uiridium rutæ añ. dr. iiĩ. permiſce cum aceto, & oleo myrtino, & unge.

Recipe litargyrĩ ceruſæ añ. dr. xĩ. ſulphuris uiui dr. viĩ. aſſume cum ceroto myrtino, & unge.

DE ACORIBVS ET Fauis, ex Galeni Libro de facile parabilibus.

ACor eſt paſſio ueniens in capite, perforans cutem capitis ſubtilibus foraminibus, per quæ exit acor uiſcoſus. *Acor.*

Fauus autem facit foramina maiora, continentia humiditatem melleam. *Fauus.*

Curantur autem ſic.

Præradendo caput, fomenta bis aut ter, aut multoties cum aqua calida decoctionis myrti,

myrti, aut rubi aut lentis, aut lupinorum amarorum, aut radicis asparagi, quando autē fuerint multi hycores, cataphlasmes caput cū foliis salicis, aut lentis coctæ in aqua.

Cōfert etiam ante inungere caput cum sulphure & paritaria & sapone.

Recipe Litargyri dr. xvi. foliorū rutę dr. viij. staphisagrię dr. iiij. uitrioli dr. ij. assume cum aceto & oleo myrtino.

AD CAPITIS PVstulas sanandas Miscellanea.

AD capitis pustulas sanandas, lauetur caput sæpe cum aceto uel aqua, in qua cocta fuerit Camomilla.

Nasturtium tritum cum axungia anseris, tineam sanat.

Folia uiolariæ cum melle trita, sanāt cito.

Decoctio cicerum omnem scabiem, tam capitis quàm aliorum membrorum tollit.

Radix Ciclaminis aqua coquatur, cum lauetur, & postea ungatur oleo, in quo decoctū fuerit ciclamen, efficaciter sanat.

Lauetur impetigo aceto forti, post aspergatur cinis corticis caprifolij, absq; dubio omnem scabiem & impetiginem sanat.

Acetum in quo tartarum bullierit, aliquā diu inunge.

Amygdala amara mundentur, è quibus cum aqua calida pistis factum unguentum, efficaciter ualet, si rasum liniatur caput. *Constan.*

Item radicem Enulę, & folia, ramos ficus, & amygdalas amaras tere fortiter cum oleo & aceto forti, post adde cinerem radicis caulis, & Lytargyrium & argentū uiuum, & Cerusam, & sal commune, & fortiter agitat, & post munda locum aceto uel urina, & unge.

Puluis radicis Cucumeris asinini, cum aqua frigida, appositus, multum mundificat. *Costanti. nus.*

Gallam tritam & fel tauri & amygdala.

Farinam seminis fœniculi cum uino in uitro confice, & unge caput, mox sanat.

Item absinthium tritum & appositum capiti, statim sanat. *Macer.*

Staphisagrię semen bulliat in aqua, & cum illa aqua distemperetur bona quantitas tartari electi, & tali aqua lauetur bis uel ter, & cito sanabitur.

Pix naualis resoluatur tota nocte una in aceto forti, mane addatur oleum nucis & auripigmentum & carbones quercus, & agitentur bene, & addatur aliquantulum argenti uiui, & rasum ac mundatum caput ungatur.

Ra

Radix Enulę campane cum pane bulliat in forti aceto, & coletur, & colatura lauetur caput, & radices non coctæ terantur cum axungia porcina, & addatur aliquid de argento uiuo & tartaro, & ungatur locus.

Folia Raphani cum axungia porci, tere.

Calcem uiuam in aqua turbatam axungię ueteri misce.

Efficax ad omnem scabiem & serpiginem, tartarum & lytargyrium cum aceto confice tota nocte, mane, igni appone cum oleo nucis, & quum bene confectum fuerit, tolle & unge.

Recipe asinæ simum siccum porci & bouis, & tartarū ana. pulueriza & asperge, locū tamen laua, & desicca prius cum aceto, uel urina mundatum usq; ad sanguinem.

Puluis de formicario cum oleo mixtus ad solem inunctus, scabiem potenter sanat.

Folia quercus. & eius medianum corticem coque aqua, & caput laua.

Axungiam ueterem, sulphur, Chelidoniā, sal tere, & depilatum locum unge sæpe, optimum est.

Thy-

PTHIRIASIS REMEDIA, SECTIO quarta.

ex Dioscoride. Lib. Cap.

OLeum raphaninum & melanthinum. 1. 44.

Staphidis grana trita pthiriasi prosunt. 4. 158.

Sandaracha ex aceto contra phthiriasim efficax est. 5. 113.

Raphaninum, ex raphani semine factum, phthiriases mala ualetudine contractas, tollit. 1. 44.

Mytica phthiriasi prodest. 1. 118.

DE PHTHIRIASIS ET porriginis curatione, ex Plinio Valeriano, Lib. 1. Cap. 4.

PHthiriasi & porrigini, quę plærumq; in pernitiem solent conuertere, sic succurrēdum est.

Perunguntur bulbis tritis ex uino, itē sulphure ex uino, item per se ex cedro illiniuntur, allium cum aceto & nitro tritum infricatur, farina fœniculi cum uino & nitro porriginem purgant, & furfures.

Hoc morbo Heroides & Sylla perierunt.

Ex aceto idem præstat radix ueratri in oleo decocta, trita, suffusaq;.

Hysopum ex oleo tritum, & instillatum capitis phthiriasi medetur, & pruritibus.

Oua ex uino & oleo cyprino & cedro elixa, pruritus. scabiemq; tollunt.

Porrigines discutiuntur felle ouillo illito cum creta cymolia, donec inarescat, lendes & alia capitis tetra animalia quæ nocent, lotione aquæ marinæ necantur.

Item si illinatur Samia terra, cum nitro & oleo, nitrum alumini mixtum, capiti infricatum, porrigines tollit.

Semen nasturtij cum adipe anseris tritum & mixtum abluit, & furfures capitis ejiciet.

Betæ uiridis succo caput quod porrigino sum, lotum frequenter in balneo, celeriter emendatur.

Maluæ agrestis, hoc est, Euisci manipulū in aquæ marinæ sextarijs sex ad tertias decoques, & uteris.

Calchantum, sulphur, uiuum, aphronitrū æquis ponderibus cum uino ueteri teris & uteris.

Hellebori item albi uncias tres, sulphuris uiui duas, calchanti tres, compone & uteris.

Phthi-

PHTHIRIASI AR-
cendæ ex Quinto Sereno. Cap. 5.

NOxia corporibus quædam de corpore nostro
Progenuit natura, uolẽs abrumpere somnos
Sensibus, & monitis uigiles incendere curas.
Sed quis nõ paueat Pherecydis fata tragœdi?
Qui nimio sudore fluens animalia tetra
Eduxit, turpi miserum quæ morte tulerunt,
Sylla quoq; infœlix tali languore peræsus
Corruit, & fœdo se uidit ab agmine uinci.
Sæpius ergo decet mordax haurire sinapi,
Vel nitro, ac sale permistis, acidoq; liquore
Laxatis (ut sint simul allia) tangere corpus,
Aut lachrymis hederæ, aut succo perdurere (Cedri.
Quinetiam furfur misto medicatur aceto.
Vnda maris lendes capiti deducit iniquas,
Et quicquid crebri defendit sylua capilli.

DE PELLENDIS PE-
diculis, ex uarijs.

LENdes occidunt omnia amara, mundifi Gilbertus.
catiua & consumptiua.
Staphisagria, nitrum, auripigmentum, cũ aceto uel oleo confecta atq; inuncta, pediculos occidunt.
Idẽ facit aqua salsa cũ sulphure immerso. Idem.

Idem: Storax, sanguisuga simul incendantur, & sanguini porcino admisceantur, & illinatur caput, lendes, uermes, cimices, pediculi, & pulices non uiuent.

Lib. de mirab. rerũ. Staphisagria puluerizata, & in panno ligata, & ad corpus portata, omnes ad se pediculos trahit, & moriuntur.

Argentum uiuum & staphisagria, cum oleo conficiantur, inuncta pediculos sanant.

Hic addo quod est expertum: si filum ex eo unctum cingatur, fugantur & moriuntur omnes in sex horis.

Girhardus super uiaticum Bombax intinctus in terebintina, si teneatur in sinu idem facit.

Caput muris grossi combure, & cum adipe ursi uel porci, confice & inunge, alopetiam sanat.

Gilbertus Limatura cornuum cerui cum uino potui data, nec lendes nec pediculos in corpore esse patitur, multo magis uncta.

Semen staphisagriæ oleo mixtum, pediculos necat.

CAPITIS DOLORIS ET VITII

Lib. 23. cap. 3. Olearum folia illita cum oleo remedia ex Plin. Sec. Sectio 5.

Flos

Flos oleastri cum oleo. 23. 4.
Oleum œnanthinum. Ibidem.
Oleum laurinum in calyce punici calfactū & illitum. Ibidem.
Oleum è nuce iuglandis. Ibidem.
Flos Cypri cum aceto illitus. Ibidem.
Mororum succus. 23. 7.
Succus gith, illitus ex aceto natibus infusus.
Nuces amygdalarum amararum. 23. 8.
Folia lauri teneriora cum rosaceo uel Irino trita. Ibidem.
Lauri baccæ impari numero cum oleo cō tritæ & calfactæ. 23. 8.
Myrti semen ex mero. 23. 9.
Semen myrti sylvestris in aceto & rosaceo tritum. Ibidem.
Galbanum illitum cum melle. 24. 5.
Spondylion infusum. Ibidem. 6
Terebinthi semen in uino bibitum. Ibidem.
Picea. 24. 6.
Flos, teneri q; cauliculi uitilium cum rosaceo. 24. 9.
Similiter & seminis decocti fomentum. 24. 9.
Sileris folia illita fronti. 24. 10.
Edera pota. 24. 10.
Ederæ genera omnia foliis cum aceto, ro- 24. 10

Ibidem. faceoq; tritis & decoctis.

Ibidem. Ederæ succus naribus infusus.

Ibidem. Corona ex smilace facta impari foliorum numero.

24. 12. Corona similiter albæ spinæ imposita.

24. 15. Chamædaphne semen rubens admixtum, foliis illinitur.

25. 11. Panacis omnium generum radix in oleo contrita.

34. 11. Aristolochia & Iberis adalligata hora, uel diutius, si pati possit, comitante balnei usu.

Daucum.

Cyclaminos cum melle in nares addita.

Peristereon.

Cacaliæ grana quindecim in oleo macerata, inuncta.

Ex callitricho sternutamentum.

Veratrum in oleo, uel rosaceo decoctum, tritum atq; inunctum.

Peucedanum ex oleo, uel rosaceo & aceto.

Psyllij semen fronti impositum ex aceto, aut rosaceo, aut posca.

Thysselij radix commanducata.

27. 4. Aloe temporibus & fronti imposita ex aceto & rosaceo.

27. 7. Absinthium.

Succi ex acinis cucubali cyathus unus cũ rosaceo infusi.

Coro-

Corona ex hyppogloſſæ foliis impoſita. 27. 21.
Corona quoq; polygoni ſylueſtris. 27. 12.
Cinis menſtruorum per ſe roſaceo mixtus, fronti illitus. 28. 7.
Proboſcidis elephanti tactu, efficatius ſi & ſternutet. 28. 8.
Vrina tauri. 28. 11.
Cochleæ nudæ, lapidea duricia exempta, minutæ, & fronti illitæ. 29. 6
Teſtudinum quæ ſunt in amnibus, ſanguis inſtillatus. 32. 4.
Ramenta corticis cucurbitæ ſylueſtris. 20. 3.
Porri ſectiui ſuccus naribus infuſus, dormiturisue in aurem duobus ſucci cochlearibus, uno mellis. 20. 6.
Allij cinis cum oleo. Ibidem.
Succus Betæ. 20. 8.
Succus intubi cum roſaceo & aceto. Ibidem
Braſſica, crambe appellata, cruda ex aceto & melle, coriandro, ruta, menta, laſeris aceta-bulis duobus matutino ſumpta. 20. 98
Ocimum illitum cum roſaceo, aut myrteo aut aceto. Eod. 12.
Naſturtium nigrius addito ſinapi. 20. 13.
Similiter & ſemen eius contritum cum adipe anſerino. 20. 13.
Ruta ſylueſtris pota cum uino, aut cum a-

Lib.	Cap.	
		ceto & rosaceo illita.
20.	14.	Menta temporibus illita.
20.	14.	Epulegio corona. Olfactus eiusdem.
20.	14.	Nepeta recens tusa cum tertia parte panis temperata, aceto illinitur.
29.	17.	Anisum suffitum naribus.
20.	17.	Succus Gith illitus ex aceto naribus infusus.
20.	17.	Anisum cum semine cucumeris & lini pari mensura trinum digitorum, uini albi tribus cyathis.
20.	17.	Anisi succus cum oleo decoctus, instillatus.
20.	18.	Semen papaueris tritum in pastillos è lacte cum rosaceo.
20.	20.	Portulaca in uino tusa & imposita.
20.	21.	Maluæ.
20.	22.	Sinapis.
Ibidem.		Succus eiusdem si sorbeatur plenæ manus mensura.
20.	22.	Serpillum decoctum in aceto, temporibus illinitur, & fronti cum rosaceo.
Ibidem.		Sisymbrium utrunq;.
21.	19.	Succus rosarum.
Ibidem.		Violæ fronti impositæ.
Ibidem.		Corona ex uiolis, & olfactus.
Ibidem.		Violarum folia cum melle.

Bac-

Baccar, quam aliqui perpensam uocant. 21. 19.
Iris rufla præcipue. Eod. 20.
Iris cum cotoneis malis aut strutheis illita. Ibidem
Mellilotum cum rosaceo. Ibidem
Anemone. Eod. 20.
Heliotropij maioris succus admixto rosaceo. 22. 21.
Ex Adianto corona. Ibidem
Aerina farina cum adipe anserino imposita fronti. Eod. 25.
Polenta cum mentha illita. Ibidem
Oenanthe. 23. in prol.

CAPITI VTILIA ex Plinio Secundo.

BEtæ succus cũ melle naribus inditus. 20. 8.
Semẽ roseę crocinũ naribus subditum. 21. 19.

CAPITIS DOLORI ET uitijs eius purgationi grauedinosis, ex Dioscoride.

ASari folia illita. 1. 9.
Xylobalsami semen uertiginosis prodest. 1. 22.
Oleum syluestris oliuæ utiliter pro rosaceo substituitur. 1. 34.
Oleum rosaceum. 1. 52.
Amygdalinũ oleũ capitis dolori confert. 1. 39.

Li-

1. 126. Liguſtri flos ex aceto fronti illitus.
1. 132 Aridis roſis in uino decoctis expreſſus liquor pinna illitus & infuſus.
2. 238. Viticis ſemen illitum.
2. 17. Marina torpedo admota.
2. 8. Lanæ ſuccidę cum aceto & roſaceo impoſitæ.
2. 109. Seſama ex roſaceo.
2. 136. Vtriuſcę Betę ſuccus naribus inditus, caput purgat.
2. 38. Portulaca cum polenta impoſita.
Ibidem Eadem ex roſaceo & oleo affota.
Ibidem Item papularũ eruptiones in capite cum uino, emendat.
2. 249. Ramenta cucurbitæ, ardori capitis infantibus in ſincipite illiniuntur.
2. 168. Cœpæ ſuccus infuſus naribus.
2. 156. Piperis radix mãducata cũ vua Taminia.
2. 181. Ciclamini ſuccus naribus infuſus.
2. 192. Capparis, caput purgat.
2. 195. Fremĩ ſuccus, naribus infuſus.
2. 195. Anagallidis vtriuſcę ſuccus gargarizatus purgat.
2. 198 Succus Hederę cum aceto & roſaceo capiti perfuſus.
2. 201. Chelidoniæ minoris ſuccus radicibus expreſſus, naribus infunditur.

De

Decoctum equidem cum melle gargarizatum, ualde caput inanit. Ibidem

Aloe temporibus & fronti illita ex aceto roſaceo. 3. 24.

Mentha impoſita fronti, dolores capitis mulcet. 3. 39.

Serpillum coctum, adiecto roſaceo & in aceto madefactum. 3. 44.

Sertula campana in aceto aut roſaceo madefacta. 3. 46.

Folia baccharis illita. 3. 49.

Panax capitis medicamentis admiſcetur. 3. 53.

Ruta cum roſaceo & aceto illita. 3. 50.

Aniſum dolores capitis leuat. 3. 63.

Spondylium cum oleo infuſum. 3. 88.

Gith illitum fronti. 3. 92.

Dolores conyza tenuis ſanat. 3. 168.

Anagyri folia cum uino. 3. 136.

Betonicæ decoctum capiti infuſum, aut temporibus cum bitumine illitum. 4. 31.

Item ſi radix ſufficiatur. Ibidem

Rhodia radix madefacta fronti & temporibus cum Nardo impoſita. 4. 48.

Pſyllium cum roſaceo aut aceto impoſitum. 4. 73.

Solani folia trita & impoſita. 4. 74.

Co

4. 133. Corona ex comis Hippoglossi dolorem minuit.

4. 147 Ruſci folia & baccę in uino potę.

4. 149. Daphnoidis, caput inanit, commanducatum folium.

4. 150. Chamędaphnes trita folia capitis doloribus illinitur.

4. 156. Elaterium diuturnis caput doloribus liberat.

4. 182. Scammonię decoctum idem facit.

5. 1. Folia uitium & triti capreoli illitu.

5. 4. Vua paſſa decocta in patinis, cum melle admiſta, milij ac hordei farina & ouo purgat.

Ibidem Eiuſdem grana cum pipere commanducātur.

5. 5. Oenanthę, tam uiridis q̄ ſicca, ex aceto & roſaceo perfuſa.

5. 12. Aquę marinę feruentis uapor.

5. 14. Acetum lana ſuccida uel ſpongia, capitum ardores reſtringit.

5. 105. Atramentum ſutorium aqua dilutum & in uellere naribus inſtillatum.

5. 114. Lendes & pediculos, alumen cum aqua illitum, aufert.

5. 115. Sulphur facit ad grauedinem & diſtillationes.

5. 153. Ophita lapis.

Cepha-

CEPHALARGIAE REmedia. Ex Plinio Valeriano Lib. primo Cap. 3.

AD Cephalargiam, cerebellum uulturis cochlear dimidiū ex uino bibat, quod si bibere non patietur, ipsum tritum cum oleo ueustissimo, & modico cedriæ commixtum exinde frontem unges, & in nares mittes. Si quis autem cedriæ odorem non sustinet, balsamum pro ea mittet. Est enim res saluberrima & experimentata.

AD HEMICRANEAM, & temporum dolorem. Lib. 1. cap. 8.

AD dolorem hemicranei siue temporum. Laser cum lacte mulieris resolutum, & in altera parte auris qua dolet, infusum tepefactum, ut in ipsa parte incumbat, & in ea quæ dolet, agitet mandibulam, hemicranei dolore carebit.

Minutæ cocleæ tritæ, & fronti illitæ emēdant.

Cornus quoq; ceruini cinis cum aceto rosaceo mixtus, ac fronti impositus, magnifice uitia corrigit.

Viridis rutæ folia cyphum plenum cum granis synapis aoclear unum teris, addis albo rum quorum tantundem, ut spissum sit non satis

satis,& exinde linis penna,uel mellis, sed non ea parte quæ dolet,hoc quum feceris, remedi abitur.

Sinapis semen cochlear plenum,baccas lauri unum,in puluerem redigis,& teris cum lũbricis terrenis,adiecto acri tantum spissitudinem habeat mellis,& inducis fronti in hemicraneo.

Succum de radicibus betæ purpureæ,admisces cum modico lasere,& in modum triũ guttarum mittes in eam partem quæ dolet, & statim sanabitur.

Allium elixum tritum,temporibus in dolore impositum illinis,siue in oleo frixum, si ex eo oleo perungis,emendat.

Opij denarium dimidium,acroci denarium dimidium,colophoniæ denarium dimidium,iusquiami & hyssopi seminis denariũ unum,aneti seminis denarium dimidiũ,cro cum uero seorsum tundis, & in mortario simul conteris diutissime ex aceto optimo conspergis,& formabis collyria. Quum uero opus fuerit in cute cum aceto conteris, & spissum fronti uel tempori inducis.

Lauri quoq; baccas tritas ex aceto,adiecto oleo illinis fronti uel temporibus.

Confectio anacolima: Adipis castorij unci-

etiam unam, myrrhæ unam, thuris masculi semiunciam, lauri baccas undecim, hederę baccas quindecim, hæc omnia diligenter teres, & de aceto temperabis acerrimo.

Ad hemicraneum: Vrticam unipetiam teres ex aceto acri, & ouum frangis, & permixta fronti illinies.

Clinicam in mortario minutissime conteres, & ouo crudo ouicabis, & frontem illinies.

Item tria grana allȳ, & nouem grana piperis in frontem linis, uel in ea parte quæ dolet.

Item balsamo infundes lanam, de qua in utranq; aurem inculcas.

Item tria grana allȳ tundes, & ipso suo infundes lanam, & in utraq; aure claudas.

Item ad dolorem hemicranei uel cerebri, munda allium, & tere diligenter, & fac ex eo pastillos, & in cerebro seu hemicraneo superligabis, donec ustulet in uesicam faciem, quā acu aperies, ut humor decurrat.

Rutæ sumes denarios sex, facies exinde succum, & in parte naris mittis quæ non dolet. Cæterum si non posset sufferre, linteolū tingis in succo, & imponis super hemicraneum sæpius.

Item

Item puluerem baccæ lauri temperabis cũ uino, & illinies.

Item cũ acatiæ puluerem, cum oui albo permisces & uteris.

Castorium, itẽ & oleum rosaceum, & acetum & nitrum teres & illinies.

Laseris gemmam in aqua solues, & in aurẽ eius partis quę dolet, tres guttas de digito exprimis, ipsa tamen hora grauabitur caput, sed in perpetuũ sanus erit.

Ad faciem purgandã Item ad faciem ulceribus purgandam: Nitrum cum bubulo lacte & aceto, usq; ad mellis crassitudinem coques & illinies.

Item pera confracta & contusa, idem præstat.

Item cũ fel capræ, & nitrum siccũ, sulphur uiuum, spongiæ combustæ cinis, æquis portionibus illiniuntur.

CAPITIS AEGRITVDInes & medelæ, ex Plinio Valeriano, Lib. 1. Cap. 1.

CApitis dolor leuatur, si de porri sectiui succo cochlearia duo, & unũ mellis permixtum infundatur, uel in nares, uel in auriculas.

Veteres dolores & uertigines, betæ nigræ succo temporibus inlinito, emendantur.

In

In dolore utilissimum est caput ungi succo intubi cum rosaceo, aut myrtino, aut acetum fronti imponitur, aut ruta ex uino bibitur, & tritæ succus instillatur capiti cum aceto, aut rosacea corona de pulegio, prodest impo-sita.

Pollinem siliginis admixto oui albo, si-mul & quiddam salis albi conspergi oportet, frontiq; illini, & super fascia pedali alligetur.

Anetum uti de horto sublatum est, deco-quitur ex oleo, & succo eius dolor ungitur.

Serpillum quoq; decoctum in aceto, inlini tur fronti & temporibus, & si difficilis som-nus sit, amygdalino oleo caput perungi opor tet.

Tempora in dolore allio elixo inliniũtur.

Nucleorum Persici farina, cum melle & a-ceto capiti illinitur.

Nuclei item amygdalini triti, fronti utili-ter imponuntur, & etiam in febre.

Baccæ quoq; lauri impari numero in o-leo contritæ, capiti instillantur.

Si à Sole doleat, cupressi folia contrita, cũ polenta imponuntur.

Hederæ folia mollissima quæq; trita cum aceto & rosaceo, aduersum omnem dolorem fronti inliniuntur.

Herba quæ in capite statuæ nascitur collecta, in alicuius uestis panno, & lino ruffo inligato, confestim dolorem sedat.

Panacis radix in oleo conteritur, & caput perungitur.

Veratrum in rosaceo decoctum & contritum, capiti instillatur.

Peucedano ex oleo & aceto trito hemicraniæ inungantur.

Ossa de capite uulturis sub collo alligare prodest.

Gallinaceus pullus inclusus, abstinet nocte & die, sed & is qui languet, deinde eiusdē gallinacei, uel plumæ uel cristæ adligantur collo dolentis.

Surculus etiam ex nido milui puluino subditur, nescienti ægro.

Murenarum pellium cinis, ex aceto fronti inlinitur.

Cocleæ matutino se pascenti caput, arundine præciditur, & in linteo licio alligatur, colloq; suspenditur.

Fracto capiti tela aranea imposita ex oleo & aceto, non recedit nisi sanet dolorem.

Aqua pota quæ superfuit de bouis aut asini potione, remediatur, si ter potetur.

Ceruini cornu cinis, inlinitus ex aceto & rosaceo, prodest.

Ad

Ad capitis dolorem: Mentam uiridem & laudanum cum aceto tritum, fronti inducito, curat mirifice.

Cui caput à dolore findi uidetur, facies succum ex foliis hederæ, & admisces oleum & acetum, unge nares, & statim dolor sedabitur.

Hederæ nigræ succum cum oleo rosaceo, & uino mixto tempera, & fronti illini, sanat cito,

Aduersus omnes dolores capitis, uel ne à sole doleat.

Hederæ folia mollissima terra ex aceto oleo rosaceo fronti illinitur.

Hirundinis nidi aqua diluti lutum, fronti & tempori illinitum, dolorem capitis sedat.

Si ex frigore caput doluerit, herinum oleū aut laurinum cum myrrha calidum, capiti illitum, & lana intincta supposita, mire sanat.

Mali terræ radicem conteris, & commisces cum oleo rosaceo, & ex eo caput & tempora perunges, continuo dolor releuabitur.

Mentastri folia in cibo sumpta, & in aqua decocta, & ea potui data, dolorem capitis sedare manifestum est.

Os de capite uulturis erutū, & ex uino potui datum, statim dolorem sedat.

Ad dolorem capitis & insaniam.

Quanq; plurimæ cauſſæ ſunt, dolores capitis quæ faciunt. Nam ſi Sol acerrimus caput percuſſerit, ſubito mens auferetur, & uelut infans efficitur homo, aliena loquens, & nullum agnoſcens: quod quum uideris, ſtatim eum in obſcuro loco collocari & comprimi facies. Vinum is uel puſcam, nec ipſe odoretur, nec qui ei miniſtrat, bibat. Poſt hæc faciles excoqui anetum ex aqua, & ex ipſa calida caput ei fouebis ſepties in die, & ter in nocte: lumen uero, nec diem uideat, nec ignem. At ubi cœperit reſipiſcere, offeres ei lumen lucernæ. Poſtea oleum roſaceum calidum impones ei in cerebrum cum lana, & ligas ei die ac nocte, ſæpiusq; mutabis. Quum iam cœperit conualeſcere, tunc eum produces ad lumē, & dilutum uinum bibat, ſed ante oximel in aqua calida accipiat, poſtea roſatum, & ſic uinum, hoc modo quaſi de morte ſuſcitabis hominem. Res enim eſt ſaluberrima & experta.

Confectio unguenti ad capitis dolorem, ſiue ad hemicraneam.

Euphorbij unciam unam teris in mortario, addis cæræ tres, olei optimi libram unā, facis cerotum lini igne ſolutum, & inde permiſces euphorbium.

DE CEREBRI NATVra, ex Octauio Horatiano, Lib. 4.

ITtem cerebrum sine odore esse constituit, atq; sine sono: siquidem in ipso sit apprehensio odorandi, atq; tangendi, seu audiendi. Sed sine odore, inquit, quid possit? nunc uero à supradicto officio ad suum odorem, atque nuncians abiret. Irruentium iudicium autem sine sono, ut silentio capitis uoces acciperet ac probaret. De quo etiam testam natura iugē, omni ex parte circumdatam confecit: ut sumpta sensuali uirtute, facile iudicium fiat ad irruentem uocem.

DE QVERELIS CAPItis, ex Octauio Horatiano, Lib. secundo capite primo.

QVerelæ capitis, uarijs frequenter accidentibus superueniunt. Aliquando de uapore, uel de frigore, uel cæteris rationibus accidere uidentur.

Igitur quando de uapore dolor insederit capiti, tunc accidens ille dolor, cum uapore quodam, & uenarum inflatione concutitur. Tunc oculi sanguinei, tunc etiam insomnietates nimię procurantur. His gremialis olei infusio adhibēda erit. Quę si forte dolorē nō cōpescuerit, oleum roseum adhibemus. Cuius

Dolor capitis ex uapore malo

si copia defuerit, gremialis supradicti quatuor partibus, rosea uua erit aceto miscenda. Si uero maior uis uaporis, frigidiora exegerit adiutoria, superaddimus auxilio aut polygonij succum, aut arnoglossæ, aut portulacæ, aut uuarum immaturarum. Quiescere autem debebunt locis frigidis, quorum pauimentis spargenda erunt folia uiridia, aut rubi, aut deræ, quæ graue olentia non sint, & competenter infrigidare sufficiant.

De frigore.

Si uero de frigore caput fuerit inquietatū, tunc grauedo quædam cum turbore uenarū, & interceptione contingit, tūc effusio lachrymarum, tunc falsi somni graues existunt. Hos anethino oleo, uel rutaceo calido cōueniet fomentari. Et si superaddi aliquid adiutorio debere caloris aduerteris, aut agrestis cucumeris radix, aut euphorbium, uel certe castoreum superaddendum est. Nam & laurinum oleū, uel Irinum, uel glaucinum similiter adhibendum est.

Quando autem ab exhalatione inferiorū, quam ἀναθυμίασιν appellamus, caput fuerit sollicitatum, tunc ille dolor per interualla subcutiens, cum saltu quodam uenarum, caput sollicitat: tunc q; maxime uertigines, tunc oculorum obscuritates emergunt, querelis at-

ta-

tamen aliquibus pulsantibus etiam præcordiorum loca. His ergo primo uentris solutio procuranda est, & cubiculi temperies prouidenda, & ad releuationem eius post cibos uomitus procurandus, sternutamenta frequentia: si tamen nullum febrium indicium interuenerit. Caput uero oleo dulci calido adiuuandum est, cui aceti quidpiam commiscere debet: unde superuolantis ad superiora uaporis inquietudo, aliquatenus reprimitur. Somni arcendi sunt, diurni q̄ maxime: & ciborum prohibenda præsumptio.

Frequenter hæc uitia indigestionis caussa emergente contingunt. Nam & doloris tunc uehemētia, atq; subita uocis interclusione periclitantur. Quibus hoc pacto subueniemus: si eo tempore uomentibus, post continuo eorum auribus oleum myrtinum, uel anethinū, uel nardinum infūdatur. Capiti etiam, ex his fomenta calidiora adhibeantur. *Ex indigestione.*

Si uero ex uini potione caput fuerit dolore pulsatum, quod ex natura huic frequenter euenire consuecuit, ea conueniet adhibere, quę his adhibentur, quibus ex anathymiasi caput fuerit inquietatum. Olei etiam rosei fomentū est applicandum. His lauacra serotina permittenda sunt, somni uel quiescēdi patiētia pro- *Ex uini immoderata potione.*

curanda. Tunc cibi competentes, ut ptisanæ succus, & oua recentia, panes ex aqua calida, caules decocti, aquæ calidæ potio, & lactucarum beneficium frigidarum. His etiam adiutoriis adhibitis, uaporis ad caput ascendentis deprimi importunitas consueuit. Sed quoniam his caussis, aquæ calidę potionem dixi*Cautela.* mus posse beneficium ministrare, frequentius intendendum est, ne ex ea resolutio stomachi procuretur. Quę si euenerit, tunc apiorum, uel citoniorum decoctioni uinum est immittendum, quod stomachum ualeat reparare. Omni modo, omnes uitandi sunt dactyli, specialiter etenim ex natura sua contrariantur, quęcunq; ex suauibus fuerint confectę potiones. Tunc ad lauacrum calidum protinus festinandum est, in quibus ore aquam calidam, in cellis calidioribus sustinentes, uaporem omnem transigant lauacrorum.

Si ad ciborum ergo continentiam, frequētiamq; lauacrorum, & cætera supra dicta adiutoria minus fuerint releuati, olei tunc rosei ulterius adiutorium euitandum est, atq; chamæmilini, uel anethini beneficium est apponendum.

Ex causis incertis. Si uero caussis ueluti incertis caput dolue-
rit, fronti linimēta hęc superadhiberi suadeo,
omni-

omnibus superioribus obseruatis. Cornu ceruinum cum oleo roseo fronti contritū adhibetur. Nam & lapathij folia uiridia, cum gallarum puluere trita, ex aqua, similiter illita iuuabunt. Sic Iris Illyricæ puluis, cum aceto illitus, prestat. Et ellebori albi puluis, mixtus cerotario olei rosei, & fronti impositus, & acacię puluis mixtus, similiter catarrosis medetur.

Contra hemicraniã.

Item etiam hemicranicis hæc sunt adiutoria adhibenda: Sinapi tritum, & urticæ semē excoctum cum aceto, frequentissime profuerunt. Et decoctio pyretri, cuius uapor naribus si hauriatur, continuo medetur. Et fumigia eodem modo hos iuuare cognouimus, si melanthium cum fimo bouis, uel asini, carbonibus impositum, naribus hauriatur.

Experimẽta autoris.

Nam & unguenta hęc, ut experti sumus, capitis dolorem sedant. Oniscos, quos porcelliones appellamus, si in oleo decoqui facias, & ex eo tepido caput infundas. Sic peristereon herba oleo infusa, medetur. Etsi storacē oleo resoluas tepido, & ex eo caput infundas, multum iuuabit.

Sunt & cętera adiutoria πολυτελέκα, quę multarum specierum congregatione compacta sunt; ut trociſci diuersi, emplastra, uel an-

tidota, uel cętera, quę ex uarijs simplicibus cõponuntur: sed hęc magis facilia adiutoria adhiberi suadeo, quę sufficere arbitror caussis supradictis capitis & querelis.

Vbi dolor quiescit et causa latet

In διαλείμματι uero, hoc est, eo interuallo temporis, quo caussę uel passiones chronicę publicantur, dum quiescente dolore caussa latet, dum commotionibus ueluti transactis, æger sollicitus aliàs iterum reuersuras attonitus formidat, tunc his catholicis adiutorijs innitendum est, quibus secundum naturã, sanitatem reformando, futuras confidit commotiones minime nocituras. Ergo omnibus querelis, uel caussis capitis, indifferenter hoc temporis interuallo, uno eodemq; modo, hoc est, cura & diligentia ministranda. Omnibus modis est indicenda uini continentia, quę supradictis omnibus querelis capitis prodest. Lactis ęque, similiter dactylorum omnium. Multo magis uentris purgatio frequentissima procuranda est. Fricatio totius corporis. Quàm maxime emplastrum capitis longa doloris ualetudine laborantis.

In dialemmate ficus pingues in uino infũdes uncias sex, laseris drachmam I. sagapeni I. storacis. II. galbani II. omnia trita sic commisces, & uteris pro cataplasmate, pręcalefacto

cto capite post rasuram nouaculę, inferioribus partibus femorum, uel surarum, ęque exercitio calefactis, ut ex superioribus causſam omnem deuocare ualeamus.

Apophlegmatismos, quibus caput purgandum erit, conuenit adhibere. Conuenit de naribus, uel ex fronte sanguinis eos detractione releuari. Nam & post rasuram capitis, cucurbitas cum scarificatione sępe adhibuimus. Conuenit & emplastrum infra scriptū. Et frequentius etiam sanguisugas applicari conueniet. At ego in hoc ordine curę, etiam Cicli beneficia nō aspernabor, omnia pene uetusta uitia percurantes: si tamen recto ordine peragatur, ut ieiunia in tempore uomitus, ex radicibus salsis, aliquabdo perceptio παρα πλήσιον, dropacę, synapismi, secūdum usum & autoritatem ueterum adhibeantur omnibus. Attamen proprijs temporibus custoditis, ciborum quoq; qualitatibus & ponderibus moderatis, utilia tamen esse censeo etiam aquarum calidarum naturalium beneficia. Peracto igitur ciclo, aliqui hyeram adhibuerunt, quam alij piciam appellauerunt, aliqui ἐγκειροτομίαν, aliqui etiā cauteriā. Ex his omnibus adhibitis, constat supradictarū causſarum sanitatem fuisse plenam capiti reforma

tam

tam, ne uariarum curarum, uel beneficiorum merita confunderentur.

Sed quoniam aliquando aut ęgrotantiũ impatientia, aut imperitia medicorum, aut certe dum cauſſarum magnitudini, adiutoria non ſufficiunt competentia, minime percurantur, & ex eo ad ἑτεροκεφαλίαν capitis uitia deuoluuntur, his etiam quibus nunc poſſumus remedia uel adiutoria componimus.

CAPITIS DOLORI MEdendo, ex Apuleio.

HErbę ſerpilli ſuccus cum oleo & ſale frícto, & in puluerẽ redacto, omnibus permixtis, caput perunctum ſanatur. Item ſerpillum decoctum in aceto, tritum inlinitur temporibus & fronti.

AD CAPITIS DOLOrem ex Apuleio.

ANethi florem cum oleo decoque, temporibus inlinito & alligato.

Herba hedera cum oleo roſaceo, & cũ ſucco eius, mixto uino, tempora uel frontẽ perfricabis, ſedat dolorem.

Herba quinquefolium circunſcripta, ter digito, medio & pollice ſublata, contrita, & capiti inlita, efficatiter ſanat, peracto remedio loco puro reponi conuenit.

Her-

Herba Ruta ex uino potui datur, & trita capiti inſtillatur cum aceto & roſaceo.

CAPITI NE NOCEAT æſtus, ex Apuleio.

HErbam Pulegium, tecum, aut ſuper aurem, aut ſub annulo portato, hoc & hyeme tota facies, nec grauedinẽ ſenties, nec perfrictionem.

NE CAPVT A SOle doleat, ex Apuleio.

HErbæ Hederæ folia molliſſime trita in aceto, & oleo roſaceo aduerſus omnem capitis dolorem, fronti illinitur.

DE TREMORE CAPITIS, ex Galeno de facile parabilibus.

STieadem da bibere cum aqua, Artemiſiæ ſuccum parum habentis folia permiſce cum oleo roſato, & unge neruationes.

Spinæ albæ ſemen da bibere.

Caſtoreum diſſolue in aqua, & da bibere.

DE DOLORE CAPITIS, ex Galeno lib. de facile parabilibus.

COrnu cerui combure & tere, & permiſce cum oleo roſato, & unge frontem & tempora.

Cere

Cerebrum uulturis leniens, unge caput & tempora.

Psyllium infundens, permisce cum oleo rosato & utere, hoc autem confert & ad Hemicraneam.

Storacem liquidā permisce cum oleo & unge.

Fabarolas coque in oleo, & unge caput

Recipe flores Balaustiarum, uel ipsas Balaustias, & coque in uino, aut aqua marina, ad consumptionem tertiæ partis & tere, & cum ceroto permiscens unge.

Pulegij & feniculi radice cum farina hordei vnge tempora.

Mentham aut sinapim cum aceto permisces, vnge tempora bis in die.

AD DOLOREM CAPI. & temporū, ex Galeno lib. de facile parabilibus.

REcipe Opij quantitatem fabæ & Pulegij partes. vi. Lentisci, & assume cum aceto & oleo rosato & unge.

Lapacium acutū & Gallam terens, vnge tempora & frontem.

Castoreum leniens cum oleo rosato & aceto vnge frontem & tempora.

Hyreos succum & Cardamomum minus re-

resolues, cum aceto unge capillos, sicut faciunt mulieres quando ungunt eos.

Succū Peucedani cum oleo hyrino leniens vnge.

Nidum hyrundinis non dimittas cadere, sed lutum quod est in stercoribus infunde in aceto in vase ligneo, & unge frontem.

Stercus capræ tere cum oleo rosato & aceto, & unge frontem.

Euforbium & Encaustum quo scribimus lenias cum aceto & vnge frontem.

Puer nō corruptus mingat in limite portę pacietis, & tu accipiens acetū fac lutum de illa terra, vt fiat glutinis consistentia, & vnge frontem.

Gummi Hederę cum aceto & oleo rosato, leniens unge tempora conferens ad emicraneam.

Sume acaciam cum ceroto Rhodino & unge.

Nasturtium permisce cum aceto & oleo rosato, & fac ceroti consistentiam, & vnge.

Cicoream appone, sedat enim dolores capitis & eius æstuationes à sole factas.

CAPITI MEDENDO ex Quinto Sereno, Cap. Primo.

Bal-

Balsama si geminis instillās auribus addas
Tū poteris alacrē capitis reparare uigorē
Vel quæ septenis censentur, gramina nodis,
Vtiliter nectis, uel cornu ex arbore sertum.
Pulegiumue potens, vnà super aurē locabis,
Aut illud misto recoquens clementer aceto,
Cauta nare trahes, seu uisco lintea nexo
Inducis fronti, seu tritæ gramina mentę.
Spōgia cū tepidis annexa liquoribus imbris
Profuit, aut hedera ex oleo colata uetusto,
Profuit & cochleis frontem tractare minutis
Si nocuit cerebro violentia solis aperto.
Sępe Chelidonia ex acido perducta liquore,
Sanauit, prosunt & amica papauera somno,
Si prius in lento madefacta terantur oliuo.

HEMICRANEO MEdendo, ex Quinto Sereno, Cap. 2.

Portio si capitis morbo tenetur acuto,
Allia diuersam lana contecta per aurem
Inducta prosunt, & eadem balsama pacto,
Allia vel ternis piperis terna addita granis,
Trita linis, certam dabit hęc tibi cura salutē.

AD CAPITIS DOlorem, ex Apuleio.

Radiolę herba cōtusa atq; curiose depurgata cū aceto scyllitico usq; adeo decocta, donec nō pareat, perūgito, capitis dolorē sedat,

Ad

AD CAPITIS DOLOrem ex Apuleio.

HErba Sabina diligenter trita, cum aceto & oleo rosaceo mixta, capiti & temporibus inlinita ualde prodest.

AD CAPITIS FRACTVram, ex Apuleio.

HErbæ Xiphij superior pars sicca, contrita, æquis ponderibus mixto uino, capitis ossa fracta extrahit, aut si quid in corpore suppuratum fuerit, uel si pedibus calcata sint ossa serpentis, contra ea uenena efficax est.

CAPITIS DOLORI MEdendo ex Apulelo.

Herba Ocymum tritum cum oleo roseo aut myrtino, uel aceto fronti imponitur.

Herba orbicularis naribus immittitur.

Herbę Verbenacę corona facta, & capiti imposita, dolorem capitis tollet.

AD CONFORTATIOnem capitis & cerebri.

AZari radix decocta in lixiuio, uel aqua, & capite inde loto, uehementer cerebrū confortat. Io. Vigon.

DISTILLATIONVM REmedia, Ex Plin. Secundo.

Lib.	Cap.	
20.	6.	Porri sectiui succus uel ex ipso cibus.
Ibidem		Allium cum lacte coctum.
Ibidem		Idem tritum permixtumue caseo molli
Eod.	12.	Ocimum
Idem		Semen Ocimi capiti illitum.
Eod.	20.	Portulacæ radix illita capiti.
22.	13.	Vrtica cocta seu condita.
Eod.	25	Heliostrophium, quę & Verucaria illita.
23.	46	Panis nauticus tusus & iterum coctus.
Eod.	21	Oleum laurinum.
Eod.	8.	Nuces auellanę tostę.
24.	7.	Pix cum melle.
Eod.	12.	Spina Arabica, & radix maxime.
28.	4.	In manu dextra duo digiti medij lino leniter colligati.
30.	4.	Fimus colũbinus cũ passo gargarizatus.
		Idem cum fico arida, ac intro impositum.
Ibidem		Ostrea in conchis suis cocta, siue vti clausa veneriũt.

PITVITAE REmedia, Ex Plin. Secundo

20.	8.	Hyoscyamum sub pruna coctum, potum & cum mellis pari modo sumptum.

Len-

	Lib.	Cap.
Lenticiam pituitę digerunt, satiuę lactucę	20.	7.
Ruta cum cæra.	20.	13.
Cuminum syluestre.	20.	14.
Anisum cum melle & sale.	20.	17.
Semen Altheæ in uino potum.	12.	21.
Sinapi tenetur in ore donec liquescat, aut gargarizatur cum aqua mulsa.	20.	22
Lini semen cum melle.	Ibidem	
Radix Anemonę commanducata.	21.	23.
Cinis Zordę candidi.	22.	25.
Satiui lupini succus, decoctus aqua cœlesti	22.	25.
Nigræ uitis drachma pota ex aqua mulsa.	23.	1.
Sapa cum iridis pari pondere.	23.	2.
Siccæ sici cum Hyssopo coctæ.	Eodem	7.
Succus Mori.	Ibidem	
Stomatice.	Ibidem	
Baccæ lauri.	Eodem	8.
Semen myrti satiui tritum in uino ueteri.	23.	9.
Frutex Pityusæ.	24.	6.
Foliorum Sambuci mollissima, ex oleo & sale eduntur,	24.	8.
Trissago.	24.	25.
Helleborum nigrum.	25.	5.
Hyssopi manipulus, decoctus ad tertias, cum sale illitus.	26.	8.
Radices Orchis herbæ,	Eod.	10
Plantago.	Eod.	11

27. 9. Empetron siue Calcifraga.
Eod. 12. Peplos siccatur cum fructu suo, subiectis aquis, in quas excidat.
28. 17. Asinini fimi cinis cum butyro.
31. 10. Nitrum cum axungia.
22. 4. Testudines in ceno & paludibus uiuentes.
Eod. 6. Testę Ostreorum cinis ex aceto medetur.

REVMATISMI REmedia, ex Plinio Secundo.

22. 18. Radices Chamęleontis in uino decoctę.
Eod. 25. Panis fermentatus.
23. 1. Phthirjasi triti.
Ibidem Merum.
Ibidem Nouicium resinatum in succida lana.
Ibidem Acetum infusum.
23. 4. Spodium è cauliculis Oleastri.
24. 3 Glans decocta.
25. 8. Plantago.
Ibidem Hiberis.
Eod. 13. Succus Cicutę.
Eod. 14. Anagallides.
Eod. 14. Filix melle prægustato.
27. 9. Elephanti sanguis.
28. 8. Cornu ceruini cinis.
Eod. 13. DISTILLATIONIS remedia, ex Dioscoride.
1. 15. CInamomum ad defluxionęs efficax.

Simi-

Similiter oleum laurinum. 1. 48.

Myrrha diuturnas destillationes lenit. 1. 77.

Styrax destillationibus medetur. 1. 79.

Fuligo thuris fluxiones suspendit. 1. 84.

Naphtha suffitione destillationibus mede 1. 99.
tur. Nuces auellanæ tostæ, & cum exiguo 1. 181.
piperis potę, destillationem cõcoquunt.

Candidum oui distillationibus prodest. 2. 55

Clematidis uel ambuxi semen tritum, pi- 4. 8.
tuitam detrahit.

Elichrysonis folia ieiunis data in uino al- 4. 60.
bo diluto, trium obulorum pondere, destilla
tiones sistit.

Hyoscyami semẽ, destillationibus efficax. 4. 70.

Piper cum uua passa manducatum. 2. 176.

Semen Thlaspidis potum acetabuli men- 2. 173.
sura.

Rapum uel umbelicus terrę, cum hydro- 2. 181.
melle si bibatur, pituitam detrahit.

Sphondylij semen potum, pituitam per al 3. 88.
uum extrahit.

Gith tritum in linteo, & olfactum, destil- 3. 92.
lationem aufert.

Patthenium siccatum cum aceto mulso, 3. 156.
aut sale potum, pituitam detrahit.

Betonicæ folia ex hydromelite in potu, pi
tuitosam uomitionem euocant. 4. 1

DESTILLATIONIS AD CATARRHVM VEL abundantiam humorum capitis remedia, & quid sit Catarrhus, ex Plinio Valeriano lib. 1. Cap. 2.

OPortet, diu permanente capitis dolore, præcipue sine febri, materiam detrahere per nares, uel per os, quæ res etiã auribus uel dentibus diutius dolentibus prodest.

Brassicæ succus naribus infusus, caput purgat, doloremq; mitigat.

Betę nigrę radicis succum minus q̃ dimidium coclear, & mellis coclear mixtum in nares infundis, ita ut palatum transeat, & pituita omnis decurrit, & quum uis cessare, oleum in os accipiat.

Trifolium in aqua decoctum, & ea aqua potui data, pituitas extrahet.

Sinapis unciam unam, rapæ seminis unciam unam, piperis grana xx. nasturtij seminis erucę, origani, & appñ seminis tantundem ex aceto & melle colliges, & ex aqua calida per dies septem gargarizabis.

Origani item uel hysopi, & herbam conilam in mellitissimo mulso triduo macerabis, deinde coqui facies, & sereno cœlo tepidũ ieiunus per triduum gargarizabis.

Si-

Sinapis coclearia duo excoque, & mulsi cyathum unum admisce, & calefacies, & in ore diutius continebis, tũc aperto ore pituita defluit.

Maluę semen & uino nigro cõtritum, gargarizas tepidum, & pituitam capitis extrahet,

Mellis heminam unam, sępe heminam unam, aceti acerrimi sextarium unum, sinapis unciam unam, hysopi tonsi & cribrati unciã unam, origani tonsi & cribrati unciam unã, simul omnia coques, ita ut pinguedinẽ aquatioris mellis accipiat, & colatum diligẽter gargarizabis ad solem quandiu potes.

Hysopi unciam unam, origani unam, chymi unam, staphisagrię unam, pulcij unam, sapę optimę sextarium unum, aceti heminam unam, omnia infusa, tertia die coques carbonibus lentis, donec unam partem decoquas, & duę remaneant. Hinc quartam partem contra solem hora tertia gargarizas, postea recentem teneas, sic humoris abundantia restringitur, & ieiunes usq; ad horam nonam.

Cretici hysopi fasciculum unum, & satureię siccę fasciculum unum, mittes in ollã nouam, adde aquę fontanę sextarium unum, & passi Cretici unum, decoquesq; ad tertias, &

calidum gargarizabis, ita ut purgato capite, os mellicrate tepido tertio colluas, ac postea ita facies de aqua fontana.

Hysopi fasciculum, & origani fasciculum in sapa optima per triduum macerabis, hoc colatum ut potionem bonam calidam contra solem triduo gargarizabis. Hoc si per singulos menses seruaueris, sanus eris non solum capite, sed etiam pectore & stomacho.

Quum caput phlegmate uel frigoribus plenum.

Si caput phlegmate uel frigoribus plenū fuerit, aut catarrhus obtinuerit, mittis in ollā rudem sapę sextarios duos, aceti sextarium ūnū, nhysopi, origani, pulegij, fasciculos singulos, & coques ad tertias, & exinde per triduum cœlo sereno tepidum gargarizabis, sed pridie radicem piretri contra solem mastices ieiunus usq; ad horam diei sextam.

Item Staphisagrię grana trigintaquinque, cum paucis granis masticis commasticabis, & aperto ore omne phlegma capitis proijcies.

Betę rubeę radix contusa linteolo tenere exprimitur, & succus naribus trahitur, mirifice purgat.

Hęderę succus eris teritur flore, hic naribus insusus, acerrime purgat. Sed quia ustulat oleo rosaceo infundis, & statim lenit.

Item

Item Staphisagrię unciam unam, piretri unam, pulegñ unam, origani duas, hysopi duas, aceti acris sextarios duos, sapæ sextarium unum, hęc omnia pridie infusa aceto & sapa, die alia decoquuntur, donec uirtus herbarũ excoquatur, postea colatur, & tantum mel adiiciatur, ut acetum temperetur.

Alia pinguior, origani unciam unam, hysopi unam, staphisagrię unam.

Thymi semi. ʒ. Iris semi. ʒ. piretri semi. ʒ. pulegñ unciã unã, fœnugręci uncias duas, caricas numero quinq;, sapę sextarium uuũ, aceti sextarios duos, sinapis unciam unam.

Cum pice uirginea pauca grana masticis tota die mastica, ut phlegma prouoces, altera die cœlo sereno gargarizabis.

Item gargarismus qui conficitur sic: Grana sinapis uncias duas maceras toto die in aceto dulcorato, staphisagrię acinos triginta, comarũ hysopi uncias duas tolles, & omnia simul teres, addes mellis despumati uncias sex & conteres cum aceto dulcorato sufficienter, exinde per triduum cœlo sereno gargarizabis, uteris;q; uino modico aquato & dulcibus cibis. Res est saluberrima abstinere & à uino, & à clamore, balneis & uento & frigidis, ita tamen ut post paucos dies uentriget. *Gargarismi descriptio.*

Purgatorium capitis ad omnes humores deponendos de toto corpore.

Hysopi unciam unam, origani unam, sinapis uncias duas, staphisagriæ unam, masticæ unam, careni sextarios tres, caricas pingues numero triginta.

Aliud ad purgandum caput: Radices betæ rubeæ de granulis eius succus cochlearium unum, olei rosei miscebis cochlear dimidium, & substinens implebit os suum oleo aut lacte, deinde resupinabitur in scamno contra solem, ita ut caput ei dependeat, atq; ad se spiritum retrahat, donec iniecta res in nares cerebrum contingat, qui post paululum releuatus, inclinato capite sedeat, ut illi humor decurrere ualeat.

Aliud purgatorium capitis: Manum plenam hysopi in aqua sextarijs tribus coques ad medietatem. Deinde mittes heminam mellis & aceti cyathum dimidium, hysopumq; auferes, & gargarizabis contra solem cœlo sereno.

Si plus purgare uolueris: Sinapis puluerē cum oximelle commisces, & contra solē gargarizabis.

Purgatorium æstatis

Purgatorium capitis tempore æstiuo: Defruti heminam, aceti cyathum, hysopi comā,

Hęc

Hæc omnia pridie infundes, alio die in cacabo rudi feruere facies, & tepidum gargarizabis, & postea de uino ueteri austero tepidum semel gargarizes, & os laues.

Hyeme. Sinapis puluerem cochlear unũ, mellis cochlear dimidium mitte in calicem, & eundem misce calidum, post hæc cola & gargariza tepidum, postea aqua mulsa os laua, & gargariza semel, & ne rauceſcas oleo frequenter, post cura & gargariza. *Purgatori in hyeme.*

Nitrum rubicundum cum aceto acerrimo teres diligenter, & imple totam cutem capitis pridie ſero, & ieiunus laua: ſi autem ueſpere, mane inducito, deinde infuſas uel die tertia ptyſanas decoques, ut ſuccus ſpiſſus fiat: quibus additis oua recentia numero ſex uel nouem & commixta ſimul tepefacies in calore balnei, & exinde caput laua.

Feruc̃ unciam tunſam & cribratam, & in linteo ſubtili ligatam, cõtra ſolem naribus admouebis.

In ſole fricari cutem balſamo uel pice liquida, ſtatim prodeſt. Item cũ piretro & coſto.

Item duabus æquis partibus piperis albi partem dimidiam, ſtaphiſagriæ drachmam unam, origani drachmas duas, nitri drachmã unam, tundes & cribrabis, commiſces & da bis

bis in nares ei qui patitur, ut ad se ipsum ducat, & statim liberabitur: sed & in ore cõpresso mirabiliter humor detrahitur.

Puluis ad rheumn capitis.

Puluis ad rheuma capitis. Samsuci uncias sex, sinonñ seminis sex, balaustñ duas, gallæ Alexandrinę quatuor, spicæ celticæ unam, gallę Curiauię duas, afronitri matronalis cõbusti libram unam. Hæc omnia tunde & cribra, & sic utere. Caput uero de aquæ rore decocto laua.

Puluis ad catharrũ.

Alius puluis ad catharrum, gallæ Alexandrinæ unciam unam, sini unam, rosę siccæ unam, hæc omnia tundas & cribres, & sic mittas in caput.

Cytini uncias duas, sycione duas, gallę duas, croci unam, aloes unã, sphagni duas, rosæ siccæ sex, balaustñ duas: hæc tusa & cribrata uteris.

Sapa Constantini, nitri rubei assi unciam unam, gallæ duas, costi tres, Celticæ laudani, spicæ Indicę, mirrhæ Iris poliaris, myrti sichę folñ, croci acatię afronitri unicinarum cortícum malogranati sicci uncias tres, cassiæ unam, sapæ Gallicę libras quinq; & uncias duas. Omnium specierum puluis ex aqua lupinorum coctorum colligitur, de quo facies pillulas, quas cum uti uolueris, in uino resolues.

Balaustię ʒ duas, myrrhę duas, sandaracę unã, aloes tres, cytini tres, laudani tres, folĳ tres, costi tres, roſę ſiccę tres, ſpicę nardi duas, ſarcocollę duas, ſapę gallicę libram unam, in uino ſtiptico ſapa ſolues: Deinde collige quæ ſunt ſicca, facit ad catharrum, & humores exiccandos.

Confectio trociſci ad humorem capitis exiccandum: Styratæ uncias tres, laudani tres, bdellĳ tres, myrrhi tres, folĳ tres, enulę tres, acatię quatuor, cannę aromaticę duas, amomi duas, costi duas, gallę de cerro duas, laudanum uero & myrrham & ſtyracę infundes in uino ueteri, & teres, & admiſces alĳs ſpecieibus, & factos trociſcos ſiccabis in umbra, & uteris. Et ita ut trociſcum in puluerem redigas, & ſic inter capillos ſparges. *Deſcriptio ad ſuæ cũ caputis.*

Sapa Conſtantini Simonĳ uncias duas, roſę unam, Cypri unam & ſemis, balauſtĳ unã, costi unam, caſſię unam, libani duas, oppĳ unam, amomi unam, folĳ unam, ſpicę unam & ſemis, myrrhę unam, aloes unam, ſandaracę ſemiunciam, achantę Aegyptię duas, ſapę gallicę libram unam, aqua de lupino.

Ad catarrhũ das beneficiũ, myrrhę drachmam unam, ſtiracis drachmas quatuor, teris cum ſapa, & facis catapocias ad magnitudinem

nem erui, & dabis in lecto secūdo siue tertio, & quum acceperit, sorbeat de ipso careno tē perato cochlearia quatuor.

Catarrhus

Est quidem Catharrus, humor fluēs ad nares, ad fauces, ad pulmones, unde catharrus dictus est à fluore. Greci enim hunc fluorem dicunt, à quibusdam alijs speciebus & nominibus catarrhus appellatur. Ad nares factus Coriza, ad fauces Branchus, ad pulmonem Pthysis. Ex quibus deprehendimus ad nares factū catarrhum, & grauedinem ad os. Constrictione narium & frontis coniungi fluori humores tenues, aut crassos, aut uirides cum sternutationibus continuis & odoratis difficili sensu. Ad fauces ex pruritu quodam faucium cum titillatione uoce obscura, aut irata cum sensu prefocationis, & trāsforandi difficultate cum tussicula. Ad pulmones cum grauedine thoracis cum tussicula uehementi, cum sputis spumosis, aut pinguibus aut purulentis.

DE CATARRHO, EX Octauio Horatiano, Lib. 2. cap. 7.

OMnis Catarrhus sollicite uisitādus est: cui origo & principium de capite nascitur. Deriuatio etenim ex eo defluēs per uarias arterias, continuo que attigerit loca perfundit.

fundit, & sic perseuerentia neglecta debilitat. Nam sub tribus differentijs ex hoc causse fiunt.

Fit in naribus, cui nomen est Coriza. Fit in faucibus, quod dicitur Bronchos. Fit in thorace, qui si diu permanserit, & pulmones inusserit, Phthisin penitus insanabilem facit. Præterea cum ad inferiora se præceps demerserit, secum trahens ui & pondere materiã uiciorum, lęsis frequenter præcordiorum uitalibus locis, aquas passionis transitu infigit, & tandem desperata pedũloca occupat, difficile remouendus. Sed primum quũ omne corpus inquietat, & ueluti quoddam pondus cũ dolore, omnes particulas corporis sine febribus apprehendit, descensu eiusdem rheumatis è capite, similiter etiam antea, q̃ maxime sollicitabo: cui cum cęteris uicinis & proximis membris, hanc diligentiam interim ordinamus: in sequenti etiam specialem, pulsatis uel occupatis partibus designabo. κορίζα. βρόγχος. φθίσις. Podagra.

Omne igitur corpus calidis & siccantibus unctionibus perungimus, cubiculo munito & calefacto. Operimentis insuper lanarũ mollium insusarum, caput morborum omnium caussam, calido oleo cyprino uel laurino, siue glaucino frequentius curo. Conueniet interim Cura Cęsarii uniuersalis.

rim per initia reumatizanti diurnam quietē interdici. Conueniet similiter etiam potionis detractio, sub qua sitis procurata multū profuit. Sed magis obest salsus cibus: siccans autē sub utriusq; coactione ebrietas protinus arceatur.

Ventrem prę omnibus purgandum moneo. Sane cum his adiutorijs humanius caussa profecerit, unguentis tunc supradictis, cū tali fricatione imminebo. Vt palestrę exercitio iuuetur q̄ maxime opus est, ut inferiora fortius defricentur. Euocatus etenim de superioribus reumatismus, sollicite superiora loca, quę cum periculo attentare poterat, derelinquit, & sic ciuili medicinę iam beneficio, ęgritudini repugnamus.

Vnguenta supradicta cum opobalsamo tēperata dabo: potionē uini, & mellis ex ęquo, ubi rutam uiridem coxi, dabo. Ibi etiam pyretrum do: ibi piperis puluerem aspergam.

Cura Cori ꝛc. Interea cum nares occupauerit, admotis odoribus ex melanthio, mitigabo, & itidem frequenter cum unctionibus superioribus ungendi sunt.

Bronchi. Si fauces inquietauerit, gargarismatis stipticis imminebo, quę in primo Phenomeno ordinata transegimus, perseuerantibus sane adsu-

iutorijs, capiti, totoq; corpori unguentis superioribus.

Si thoracem occupauerit, loci naturā, uel uicini pulmonis intuens sollicitius uisitabo, instans & cæteris supradictis unguentis confectis cum opobalsamo: quo de altitudine ad thoracis superficiem reuocare possimus reumatismum. Si tussicula superuenerit, quæ mala uicinitate, quasi quadam cōtagione sollicitat: habita cōsyderatione, si humor ille in thorace diu resideat, deponendus est: perseuerantibus attamen prioribus adiutorijs, superaddo, plantas eorum pice liquida tangi debere, & fricari unguentis supradictis eam partem pectoris: admotis proxime carbonibus, quo plus aut euocare in superficiem, aut loco siccare reumata ualeamus. Interea licet etiam contritionis molestia sæpe præualeat, ita ut phlegmata difficilius egerantur, quorum digestio tussientes releuare consueuit, his ἐκλείγματα, uel potiones dari faciam, ex origano thymo, ruta uiridi, cum mellicrato, aut melle despumato confectas, & pinguium ficorum decoctionem cum oxymelle. *Catarrhi pectoris.*

Etsi identidem, humoribus multum solutis, fluxus sputorum inquietudine, & uigilias procurabit, tunc ad eorum coagulationem

uel digestionem, succum ptisanæ, uel alicę da bo, aut lentem cum melle coctam. Dabo o mnes pultes cum pipere. Dabo salsamẽta quę uolet. Dabo in nocte antidota, piper & myr rham, storacem, galbanum, apium, cum mel le Attico temperata: quæ & coagulare ualeãt phlegmata, & somnos inuitent: quæq; sui na tura & soluta constringant, & beneficio præ stanti, tussire minus faciant dormientes. Igi tur quum diu pertinax reumatismus, adiuto rijs medicinæ desistentibus, quod aut locorũ, aut substantiæ, aut certe medicorum inopia contingere solet, pulmonibus ustionem fixe rit, phthisin incurabilem facit. Huic nũc pro caussæ magnitudine, uel præiudicio tempo ris, curam, ut possumus, & diligentiam ordi namus.

DE FLVXV REVMA tis, quem ῥοῦν appellamus, ex Octauio Hor. lib. 3. Cap. 9.

SI ex his fluxus perseuerans sanguinis, uel humoris, calorem uariantis, molestiã fece rit, quem nos ῥοῦν appellamus, his omnibus superioribus imminendo constringendus e rit, uel desiccandus.

Si quis uero etiam potionibus curare ue lit, habet has potiones, à nobis similiter ordi na-

natas, in his autem qui sanguinẽ uomuerũt, aut dysenteriæ uitio laborarunt, si humanius res profecerint: ut ueluti in chronicis mos erat, aliquando commoueantur, aliquando sub blanda dimissione releuentur: quo tempore cicli nobis iam omnis ordo intendendus erit, & arripiendus. Vomitus prius frequentior adhibendus, & maxime per radicũ acceptionem. Exercitijs paulatim crescentibus imminendum est. Aeris mutationes appetendæ. Locis ijsdem psilotra, paropteres, dropaces, & synapismos appono: quibus omnibus perseuerando, uim magnam reumatis, magnis ualeamus adiutorijs superare.

Sane si sanguineus & cũ dolore fluxus fuerit, etiam phlebotomeas expedit releuari, omnibus supradictis stipticis imminendo.

CAPVT PVRGIA EORUM quibus caput molestatur, ex Galeno, Lib. de facile parab.

ANagallidis seu galli cristæ, quę habẽt ceruleum florem, succum infunde in nares, & iube manere supinum, hoc enim confert in molestijs capitis.

Succum ederæ albæ, infunde in nares.

Nygellam & Irim terens, & liquefaciens cũ hydromelle utere, permiscẽdo oleũ antiquũ.

Radicis Bletæ succum infunde in nares.

PHRENETICORVM remedia, ex Plinio Secũdo.

Lib.	Cap.	
20.	2.	SEmen Cucumeris satiui in lacte mulieris potum.
Eod.	6.	Allium elixum.
Eod.	9.	Succus radicis Brassicæ crudæ gargarizatus potusq́.
Eod.	13.	Rutæ syluestris succus ex aceto tritæ instillatus, in tempora & cerebrum.
Ibidem.		Adiecerunt aliqui Serpillum & Laurum, illinentes capita & colla.
Eod.	17	Anisum recens illitum cum polenta.
20.	22.	Serpilli drachmæ quattuor.
24.	6.	Sphondilion infusum capiti.
Eod.	9.	Viticis seu agni semen, in oleo decoctum, capiti instillatum.
26	11.	Somnus hos sanat.
29,	2.	Lanę succi dę suffitus.
30.	11.	Pulmo pecudum calidus, circa caput alligatus.
32.	3.	Testes castoris ex aqua poti.

INSANIENTIVM Remedia ex Plinio Secundo.

20.	9.	BVlborum semen bibendum datur. Maluę unicaulis succus cyathis quantumuis.

Vera

Veratrum nigrum. 25. 5.
Album Raphano insertum exhibetur: Ibidem
Betonica bibitur. 26. 11.
Lac mulieris si facta sit insania Hyoscyami potu. 28. 7.

MENTE COMMOtis utilia, Ex Plinio Secundo.

NAsturtium uigrum ex aceto sumptum. 20. 23.
Radix uitis albæ, drachmæ pondere, quotidie anno toto. 23. 1.
Lac caprarum quæ Helleboro sunt pastæ. 25. 5.
Pœoniæ radix estur contra malum mentis. 27. 10.
Venus. 28. 6.
Cochlearum cibus ex passo. 30. 6.
Lapis Samius potus. 36. 21.

PHRENESIS remedia, Ex Dioscoride.

OLeum crocinum. 1. 63.
Serpillum uel Polium phreneticis conuenit. 3. 44.
Sphondylium cum oleo commode infunditur capitibus phreneticorum. 3. 88.
Peucedanum ex oleo & rosato illittum phreneticis prodest. Eod. 92
Apollinaris folia cocta si acetabiti

 4. 72.

4. 72. mensura manducata, mediocrem insaniam gignunt.

4. 76. & 77. Insaniam curat aqua copiosa mulsa, & potui data, & uomitione reiecta.

4. 80. Insanię antidotum esse uolunt, radicē mādragoræ nomine morion, cum manico solano potam.

4. 152. Veratrum nigrum.

PHRENETICIS SANANdis, ex Plinio Valeriano, Lib. 3. cap. 9.

EX quibus signis phreneticum deprehendis? ex febre acuta cum alienatione, & manuum uano errore, ut aliquid suis digitis apprehendat: quem ita curabis. Succus rutę ex aceto tritus, & temporibus instillatus, mire prodest.

Castorio & peucedano ex rosaceo peructo capite, somnus accedit.

Allium elixum in cibo datur.

Suffumigatio lanæ succidæ prodest.

Hyeme etiam oleo anethino caput infunditur.

Ad phreneticos, siue ad eos qui uertiginē patiuntur: Hederæ ramum cum suis foliis teres, adiiciens oleum, eumq; cerebro superfundes, & tempora unges.

Ad uertiginem capitis: Rosam in aceto fri

ca-

cabis, spissamq; capiti impones.

Ad insanos & mente motos, & si qua alia uitia in capite habuerint, herbam tythimallũ capræ lactariæ solum manducare dabis: postero die mulge, & lac eius ieiuno da bibere, qui uexatur, nam cordialum sine mora emendat.

Grillis adipe frontem lini & dormiet.

Pellem de lepore albo nescientis sub capite pones.

Lauri folia trita, nescientis capiti suppones, & dormit.

Semen lactucæ ac papaueris cum dactylis tribus in aqua coques ad tertias, dabisq; bibere, & ante expectatum dormit.

Spondilium capiti infunditur.

Pulmo pecudis calidus, circa caput alligatur.

DE PHRENETICIS, EX Octauio Horatiano, Lib. 2. Cap. 2.

PHreneticorum causſam, certa accidentia manifeste designant. Sunt enim acutæ febres, cum terribili mentis alienatione, sunt iuges insomnietates, ex miningæ tensione, uel indignatione uenientes. Vnde quum speciale accidens, hos tantummodo manifestauerit, uel si floccos intensius legerint, commotionũ

temporibus, uti iam ante præmonuimus, seruiendum est. Docet natura, exasperatis nulla penitus adiutoria admouenda, ex his præsertim, quæ importunis temporibus q̃ maxime adhibita, nocere probata sunt.

Cubiculũ phrenetici

Per initia itaq; huiusce passionis, lucidum ac temperatum primo cubiculum prouidendum est. Ciborum obseruanda continentia. Etsi prædicta adiutoria, quibus passio publicata est, intra tertium diem apparuerint euidentia: & si nulla nos aut ætatis, aut temporis ratio remoretur, phlebotomo subueniemus, licet ad detractionem sanguinis, cunctatior non facile peccauerit. Cum enim sanguinis, commodissimi elementi, copia laborantes, eti am alienis possint iuuari remedijs, eo sane detracto, uel amisso, difficile reparantur.

Venter.

Ventris item si constrictum fuerit officiũ, per clysterem simplicissimum procurabo, mellicrato calido, oleum tantummodo admiscens, nihil asperum, neq; diureticæ qualitatis adijciens. Certum est enim, febricitantibus omnes collectiones miningę sociari. Vini uel

Cibus.

aceti penitus in his odor fugiendus est. Cibus humectus & lenior est adhibendus. Aptis tẽporibus caput oleo roseo infundendum.

Et si ijs adiutorijs contemptis, passio augmenta

menta perceperit, ita ut extensioribus uigilijs & febribus, & alienationibus adhuc molestissimis terreamur, oleum chamæmilinum, uel anethinum calidum, in quo papauer, uel lactucæ semina, uel menthæ, uel hederæ succos coxeris, miscebis, & eorum capita frequentius irrigabis.

Si uero impatientius se luctando quassauerint, quod est omnibus uigilantibus accidens speciale, mollibus ligaturis fasciarum alligatos quiescere faciemus. Etenim plus incommodi accidere poterit ex uigilijs inquietis, q̄ si inter luctationes nimias intercepti, uiribus fatigentur. *Vigiliæ.*

Vultus eorum ante cibos, aqua calida, ubi agreste papauer, aut lactucæ semen, & cætera illa quæ significamus decoxeris fomentētur. Similiter etiam articuli eorum, lingua quoq; ex melle, & oleo mixto rosaceo, aut certe ex succo lini seminis irrigentur. *Vultus.* *Articuli.*

Febribus etenim perseuerantibus, ægri amplius siccitate linguæ quatiuntur. *Lingua.*

Lectus eorum suspendendus est, & ad uicē gestationis agitandus. Frequenter enim, ex illa lecti monitione, ueluti & mentis oculis, & mentibus occupatis, somnos his dulcissimos procurabimus. *Lectus phrenetici*

Media eorum, consyderatis temporibus, oleo dulci calido fomentanda sunt, aliquādo mixta aqua calida pertigmatibus infundenda. Similiter etiam inguen eorum, huic quā maxime compatiens ægritudini. Frequenter etiam seminum cataplasmatibus media corū iuuanda erunt.

Iuuat interea multum detonsio capillorum, aut si raso capite admotæ cucurbitæ, cū sanguinis detractione adhibeantur. Ex hoc etenim adiutorio, quantum sæpe probatū est, ad plenam cauſſæ perductæ sunt digestionē.

CONTRA PHRENESIM ex Apuleio.

HErba peucedanum cum aceto, capiti infusa, summe facit.

PHRENESI ET CAPITI purgando, cap. 7. Ex Q. Sereno.

EXuitio cerebri phrenesis furiosa mouet,
Amissásq; refert frendens amentia uires,
Siue calens febris iactatos exædit artus,
Siue mœri gustus, seu frigoris efficit aura,
Cōuenit hic calidis pecudūpulmonibus apte
Tēpora languentis medica redimire corona,
Illotis etiam lanis suffire memento.
Ceritum sæpe horrendi medicantur odores,
Atq; ideo sanos etiam curarier est pars.

Pur

Purgatur cerebrum mansa radice pyrethri,
Vngit & succis, dederit quos parua sabucus,
Expressusq; hederæ mandat naribus humor,
Aut mistum rutæ, cerebrum stillatur acetum.
Non semper præsens dolor est sanabilis ægro,
Cura magis prodest uenturis obuia morbis.

CONTRA PHRENESIM Ex diuersis.

IN principio Phrenesis, repercutiatur materia cum succo plantaginis uel morellę, & aceto, & similibus, positis non supra caput, sed circa frontem & tempora. Vertex autem nūquàm claudatur, sed apponatur cera terebinthina cum lacte mulieris, ut fumi possint exire. Materia calida infrigidetur, subtilis ingrossetur, & somnus prouocetur. Capellum de cęra cutem aperit: dolorem sedat, somnum facit, mixta cum lacte mulieris, & inuncta.

Trahatur inferius fumus clysteri, suppositorio, uel leni fricatione uolarum & pedum, non forti, quia inflammaretur spiritus in statu. Ponantur euaporatoria super caput, ut spongia missa in aqua decoctionis iusquiami, uel catulus fissus per uentrem, uel gallus, uel pulmo porci, ligētur fortiter brachia absq; læsione, & crura uel tibię. Odoret campho

ram

ram,opium,iusquiamum,ozymum, crocū, & cæram confectam cum aqua rosacea.

Constant. Si aures,oculi,occipitium,nares, ungātur myrrha & storace,& castoreo,iusquiamo, apio decoctis in mulso,statim quiescet passio.

Idem. Fac unguentum de peucedano,costo,& oleo rosarum,statim dormiet.

Idem. Item recipe opij dr.ij. fermenti dr.iij. tere cum melle & aceto,& unge os pulsus, & quiescet.

Semen herbæ quę dicitur,Canella,datum potui,facit dormire.

Idem Anacardos cum uino da bibere,statim dormiet.

Idem Opium,semē iusquiami & lactucę, & zuccarum misce cum succo lactucæ, & emplastra frontem.

Idem Cōfice opium cum oleo uiolarū,& fac suppositorium.

Circa instans. Papauer album,se.iusquiami album distē pera,cum albumine oui,& lacte mulieris,somnium leuiter prouocat.

Expertū. Aperi uenam,quę est in medio frontis, & multum fluat sanguis,statim cessat passio.

Expertū Apponatur sero tale emplastrum. Recipe opij Thebaici dr.i.iusquiami dr.ij. papaueris nigri dr.iij. terantur & incorporentur cū

po

populeon, distemperentur cum lacte mulieris puellam lactantis, & adplicentur fronti.

Dicitur q̄ sapo sumptus de aure patientis, & potui datus, somnum prouocat.

Si uis aliquem curialiter soporare, Recipe opij, iusquiami, succi plantaginis, papaueris, foliorum mandragorę, hederę arboris, semen hederę, mororum Celticorum succi. Cicutæ & lactucæ aā. ʒ.i. tere omnia in mortario, & impone in spongiam ut bibatur, tum pone ad solem ut siccetur, siccam appone naribus, & dormiet, & infunde aliam spongiam in aceto, & naribus appone, & excitabitur.

Fel leporis cum uino bibitum, facit hominem dormire, donec des ei acetum.

Vngatur caput eorum unguento de oleo rosarum, peucedano & castoreo, statim dolor mitigatur. Gal: in passionario

Calidus pulmo pecoris capiti alligatus, idē operatur. Idem

Iusquiamū coque in uino dulci, unge nares, aures & labia, statim cum magna admiratione dormiet.

Pulmo hirci à uiro, capræ à muliere, insaniam tollit, quando calidus & sicut ab animali exit, capiti alligatur, est mirum & expertum. Expertum

Ad

Ad idem spongiam infusam in uino cali-
do sepius apponimus sinistrę mamillæ.

Expertum Vngatur frons oleo rosarū, & sanguisuga
apponatur uenæ frontis, mirabiliter confert,

Constant. Crocus prouocat somnum.

Girardus in uiatico. Accipiatur Crocus, Mandragora, Storax,
& aliquid Opij, cōterantur & puluerizentur
super caput patientis, statim dormiet.

Idem Item recipe Mandrag. & auripigmenti
añ. contere, & rasum caput superaspergе.

Idem Ista sunt fortia si uis excitare, acetum forte
naribus appone.

Expertum Si fōmentetur facies cum aqua decoctio-
nis papaueris, somnus inducitur, uel æger mo
ritur.

Expertum Folia Iusquiami sub ceruicali alicuius po-
sita, eundem mire dormire cogunt.

Gal. Contra summam tristiciam, Hederę suc-
cus immittatur naribus, & menta bullita in
aceto ponatur sub capite raso, nimis iuuat.

Idem Semen Iusquiami teratur cum lacte mulie-
ris, & oleo uiol. & rosa. & ungatur caput ra-
sum, nimis iuuat.

Castoreum inunctum capiti, phreneticum
dormirę facit.

MELANCHOLICORVM
remedia, Ex Plinio Secundo.

Lactu

	Lib.	Cap.
Lactucæ satiuę candidę.	20.	17
Syluestris Brassica cum melle.	Eod.	20
Altheæ succus cyathis ternis tepidus.	Eod.	22.
Succus Thymi ex aceto cum melle.	21.	22.
Granum Sesamæ in uino dulci, quantum tribus digitis capitur, miscentq; Hellebori albi unum & dimidium obolum.	22.	25.
Acetum scyllinum inueteratum.	13.	20
Helleborum album.	25.	5.
Decoctum Rhacomæ,	27.	12.
Lac quod Schiston appellatur.	28.	9.
Fimus uituli in uino decoctus.	Eod.	17.

LYMPHATICORVM remedia, Ex Plinio Secundo,

Helleborus albus eo linimento datus, & Raphanis inseratur.	25.	5.
Equi urina, aquæ ferrariæ mixta.	28.	16.
Aspersus sanguinis talpæ.	30.	30.

MELANCHOLIAE REmedia, Ex Dioscoride.

Parthenium melancholicis prodest.	3.	156.
Item Veratrum nigrum.	4.	150.
Scyllinum acetum.	5.	18.

DE MELANCHOlicis, Ex Octauio Horatiano, Libro. 2. Cap. 5.

Acci-

Melancholicorum signa.

ACcidentia Melancholicorum manifesta sunt. In principio huius causſæ, salutis suæ desperatione, primo proponẽtes mortis desyderium, frequenter coguntur in lachrymas, & deserta loca potius appetẽtes, hominum incipiunt uitare consortia. Aliquando rursus suam sententiam redamnantes, uitæ solatio delectantur. Circa prẽcordia uero, de assidua inflatione queruntur, & cum sudore totius corporis importuno, frigidos articulos sępissime patiuntur. Priuari se ob hoc etiam uiribus naturalibus asseuerant. Indigestione frequenti stomachi fatigantur: ructus suos uarios, & insuaues perhorrescunt. Calor illis intrinsecus fiet, & interiorum uiscerum doloribus frequentius attentantur.

Cura.

Vnde omnem curam q̃maxime stomacho delegabo; fomentis uel cataplasmatibus calastícis immirnendo. Ventris officium prius inoffense procurabo, quo facilius etiam catharticis depurgentur. Palestra, uel gestationibus solidius exerceantur.

Vini ueteris, & bene olentis, accipiendi copiam præbemus. Cibos aptos stomacho, maturiores & largiores conuenit ministrare.

Declinantibus uero doloribus, Absynthij Pontici decoctione iuuandi sunt. Et aloes iubeo

beo puluerem ieiunos in Maio unius cochlearis in mellicrato accipere. Similiter etiam hyeram, quam picram ueteres appellant. Si his adhibitis causſa diminuta non fuerit, phlebotomum ſub gemina detractione adhibeo. Vomitus eis cum radicibus frequentius procurabo. Etiam inter cibos helleborū aliquando dabo. μισανθρώποις uero, & adhuc hominum fugientibus ſocietatem, longas indico peregrinationes, & aut marina, aut naturalia lauacra calidiora exhibebo frequentius.

CONTRA MANIAM ex uarijs.

DIcunt quidam, q̄ mus aſſatus, comeſtus ſanat maniacos.

Lapis Celidonius rufus, portatus, ligatus in panno lineo, & poſitus ſub aſſella ſiniſtra, maniacos & lunaticos curat.

Raphanus tritus, & ſuper cerebrum ligatus, ſtatim ab epilepſia quendam ſanauit.

DE LVNATICORVM REMEDIIS

Ex Apuleio. Sectio nona.

BAtrachion, ſi Lunatico in ceruice ligetur lino rubro, Luna decreſcente, quum erit

signum Tauri & Scorpionis parte prima, repente sanabitur.

Herba Peonia, si lunatico iacenti imposita fuerit, statim se leuat uesanus, uel si eandem secum habuerit, nunq; ei hoc mali accidet.

Polij herbæ succum, commisces cum aceto & oscilliente, & punges eos, curabuntur.

Item pilulam eius & radicem, lintheo mũdo, circa collum eius qui patitur, ligabis, experta est res.

GAVDIVM AFFERENTIA, EX Plinio Secundo. Sectio decima.

Cap. Lib. 11. 37. PRæcordiorum diligẽs cura. Nam ijs subtilitas mentis tribuitur, & in eis est sedes hilaritatis.

21. 21. Helenium herba in uino pota.

Ibidem. Nepenthes illud prædicatum ab Homero.

23. 1. Vinum temperate potum.

25. 3. E centum herbis Hispanica potio additis mulso.

26. 11. Succus Betonicæ, quæ Græcis Psychotrophon dicitur, potus.

A-

ANIMVM RECREAN-
tia, & ſuſpiriorum remedia, ex
eodem Plinio ſecundo.

SEnſum purgant lactucæ. 20. 7.
Ocimum ex aceto odoratum. 20. 13.
Menta & pulegium cũ ſurculis ſuis, in am 20. 4.
pullam uitream aceti deiecta.
Odor mentæ. *Ibidem.*
Potus aquæ mulſæ cum alica eluta. 22. 24.
Succus decoctarum palmarum. 23. 4.
Laſer ab ægritudine recreationi efficax in 22. 23.
cibo.
Styracis potus modicus, nam largiore, triſtitia trahitur. 24. 6.
Seranium
Nuclei nucis pineæ. 26. 11.
Lac bubalum. 26. 8.
Cochleæ ex paſſi cyathis tribus ſingulę cõ 28. 9.
tritæ cum ſua teſta, & calefactæ, in potu datæ 30. 6.
diebus plurium nouem.
Aliqui ſingulas primo die dedere, ſequenti *Ibidem.*
binas, tertio ternas, quarto duas, quinto unã.
Alica ternis cyathis in ſextatione aquę ſen
ſim decoctis, donec omnis aqua conſumatur,
poſtea ſextatio lactis ouilli uel caprini addito
per continuos dies, mox adiecto melle. Tali
ſorbitionis genere σύντηξις emendatur, id eſt,

Ouarum lutea

colliquatio. Plin. eod. cap. 22. 25. 44. 16.

Sintecticis, id est, colliquatis, morbo confectis, exhaustis ęgritudine, longo morbo redactis ad tabetudinem prodest.

28. 9. Lac bubulum positū supra.

20. 5. Siser erraticum.

29. 3. Ouorum lutea, quo cibo nullus in ęgritudine plus alit & minus onerat, habens simul usum uini & cibi.

22. 22. Asphodelorum bulbi cū ptisana decocti.

LETHARGICORUM remedia, Ex Plinio Secundo. Sect. II.

20. 4. RAphani quàm acerrimi manducati.

Ibidem Raphani ex aceto & sinapi sumpti.

Eod. 5. Succus Ceparum cum ruta & melle.

Eod. 12. Ocimum.

Eod. 13. Rutę syluestris succus ex aceto olfactus.

Eod. 22. Sinapis adiecto Tordilo, id est, semen ex Seseli.

Ibidem Sinapis cum fico & aceto cruribus aut etiam capiti illita.

Ibidem Serpyllum, drachmis quattuor.

Ibidem Sisymbriū syluestre, quos uigilare opus sit excitat, infusum capiti cum aceto.

23. 1. Canendum ab uuis recentibus.

Vrtica, tactis cruribus, magisq; fronte. 22. 13.

Oleum uetus. 23. 4.

Amygdalæ amaræ, nuces cum Amylo & Menta. Eod. 8

Sphondylion infum capiti. 24. 6.

Picis odor. Eod. 7.

Viticis seu Lygi semen in oleo decoctum, & instillatum capiti. Eod. 9.

Euphorbium ex aceto naribus tactis, Peucedani succo. 26. 11.

Asini lichen naribus illitus ex aceto. 28. 17.

Caprini cornu nidor, aut pilorum. Ibidem

Iecur aprinum datur. Ibidem

Quidam Cimices dant agrestes septenos in cyatho aquæ, puerilibus, anetis quaternos. 29. 4.

Suffitus testium castoris. 32. 3.

Coagulum uituli marini in uino potum oboli pondere. Eod. 10.

Item ichthyocollæ. Ibidem

LETHARGICIS medicinæ, Ex Dioscoride.

NAphtha, aliâs bituminis colamen concalfactum, & cum farina hordeacea Lethargicis prodest. 1. 99.

Fibrini testes infusi, Lethargicum excitãt. 2. 26.

1. 44. Serpillum lethargicis conuenit.

3. 88. Sphondylij semen cum oleo, lethargicorū capitibus commode infunditur.

3. 90. Peucedanum ex oleo & rosato illitum.

5. 115. Sulphur lethargicos suffitu excitat.

5. 153. Ophitis qui lineas habet, lethargo auxiliatur.

LETHARGICI SEX

Plinio Val. Lib. 3. Cap. 7

Indiciale thargi.

Lethargia unde.

EX quibus lethargicum deprehendis? ex febre acuta cum sensus oppressione, aut ut difficulter, aut nihil sentiat pulsu magno, raro & inani. Vnde lethargia dicta est ab obliuione mentis, atq; corporis uagatione. Græci enim λήθην obliuionem, ἀργίαν uagationē uocauerunt. Hos itaq; tali ordine curabis.

Ferulam accensam naribus admoueto, fumigatione facta si repente æger hunc morbū inciderit, sicut alijs uisum est, celeriter emendabit.

Nepethę succus ex aceti parte una mixtus, & capiti fronti q; illinitus, lethargicos dormientes excitat.

Euphorbium cum castoreo suffumigatū, excitat.

Calchantum item cum aceto tritum, & naribus illitum, dormire non finit.

Eu-

Euphorbium quoq; ex aceto tritum, & naribus confricatum, excitat.

Capilli itidem mulieris incensi, suffumigatione sua liberant dormientes.

Satureia & cum aceto capiti frequenter infusa, excitat.

Caprina similiter pellis uel cornu eius cõbustum, idem facit.

Sanguis testudinis fronti illinitur.

Peucedanum cum oleo rosato & aceto tritum, & incoctum naribus inditur, & iam uidebis dolores capitis emendare.

Ruta item ex aceto odoratur.

Vis imbrium quoq; capiti ex aceto infunditur.

Vrtica etiam fronti & pedibus illinitur.

Cimices septem triti, in aquæ cyatho uno dantur, si uir sit: si puer, eodem modo aquę cimices quatuor.

Spondilium capiti instillatur.

Mustelæ quoq; iecur exuritur ad olfaciendum.

Pulmo pecudis ealidus circa caput alligatur.

Palumbi item tres putrefacti, lethargũ excitant odore.

Tolles itidem uulturis neruos, & eos circa

manus laborantis ligabis.

Apostolicum rotundum, cum adipe uultu rino teres, & ex eo manus fricabis.

DE LETHARGICIS

ex Octauio Hor. Lib. 2. Cap. 3.

Phreneticorum & Lethargicorum differentia.

LEthargicis & Phreneticis simile est capitis aut miningæ sub extensione uel constrictione periculum, utrique acutis febribus agitantur. His tamen accidentibus differunt: q Phrenetici, manentibus insomnietatibus & alienationibus eriguntur. Lethargici uero sub simili incommoditate uigiliarum, grauedine molestissima, & falso ueluti somno, molestius deprimuntur. Sunt hæ differentię, ex simili passione subortæ, ita tamen, ut plus lethargici periclitentur. Nam phrenetici amplius grauati, lethargici fiunt: Lethargici uero reuelati, in phreneticos mutantur. Vna est ergo & æqualis in utrisq caussa uitiorum, eadem & iam in uisitando diligentia esse debebat. Sed Phreneticis quies & patientia indicenda est: lethargicis uigiliæ procurandę sūt. Ergo lethargicis fotus capitis simplex adhibēdus est, ut phreneticis: exceptis herbis illis, uel seminibus soporēs afferentibus, quibus media præcordiorum similiter adiuuāda sunt. Linguæ siccitas eodem modo riganda, ritecp

uen

uentris officium procurãdum. Caput quoq; sic detractione sanguinis releuari debebit. Vno eodẽq;, mõ uel tẽpore, etiã ciborũ qualitate nutriendi sunt. Vnum tamen præcipue curandum, ut si per spinæ tantummodo admonitionem, febres adhuc acutas perseuerare intellexeris, frequentibus eos sternutamentis releues, tunc acerbis adiutoriis ptarmicis imminere nos cõueniet, in lucido sane & temperato cubiculo. Articulos uero eorum ungo frequenter oleo ueteri, uel cucumeratio, mixto nonnunq; nitro, aut pipere, aut castoreo, & uncta sollicitius defricabo. Et si frigidi adhuc fuerint, etiam sinapi puluerem admisceo. Nam & aliqui etiam sanguisugas fronti eorũ uel temporibus recte adhibuerunt.

Perseueranti uero grauedine, & sensus occupatione demersis, expedit accipere ad mensuram cochlearis unius cum mellicrato castorei puluerem. Expedit etiam apophlegmatizare ex oxymelle, & hyssopi, aut origani, aut thymi, aut pulegij, aut rutæ decoctionibus. Etsi adhuc ista ueterem capitis depressionem non deponant, etiam sinapismus adhibendus erit, unguenta quoq; ex castoreo, & oleo Siconio. Iam tunc etiam odores naribus admouendi ex castoreo, pulegio, origano, thymo,

& baccis lauri. Hoc & ex cornu ceruino & galbano fieri cõmodũ probauimus. Hęc igit̃ grauatis lethargicis adhibẽda sũt, ubi febriũ acutarum non interuenerit necessitas, quæ quidem nos omnia eis quæ phreneticis accommodari solent adiutoria, uel illis similia adhibere compellit.

PRO LETHARGICIS excitandis, ex Apuleio.

HErba ruta trita, ex aceto infunditur frontí.

LETHARGO EXPELlendo, ex Q. Sereno, Cap. 56.

DIximus hanc sortẽ miseris mortalibus esse,
Vt sint sæpe mala inter se contraria morbi,
Deniq; nonnunq; somno sic membra grauant̃,
Vt coniungatur læto sopor alius acerbo.
Ergo leui flamma torrentur cornua capræ,
Quo nidore grauem depellẽt lumina somnũ.
Aut Veneris labrũ, quę dicitur herba, bibẽt,
Quæ teritur prius, & uino confusa liquescit.
Conueniunt acidis Euphorbia mista fluẽtis,
Gramina uel rutæ gemina si nare trahantur.
Quidam dira iubent, septeno cimice trito,
Vt uitientur aquæ, cyathusq; bibatur eorũ,
Hæc potiora putant, q̃ dulci morte perire.

Con-

CONTRA LETHARgiam, promiscue ex omnibus.

RVtam & Sisimbrium cum oleo & aceto fortissimo applica naribus. Constantinus.

Capilli proprij usti, conficiantur cum aceto & pice modica, & naribus apponãtur, potenter enim excitant lethargicos.

Porcinus pulmo raso capiti adplicitus, mire ualet.

Sanguis testudinis illinitus fronti, multũ ualet.

Oculos, fel, & cor philomenæ sub ceruicali, uel in lecto pone, insomnes tenebit iacẽtes, & qui ea biberit, nunq; dormiet.

Fel gruis tepefactum in uase plumbeo, per secte & cito excitat lethargicum, si occipitiũ ex eo ungatur.

Fumigium factum de corio capræ, potenter excitat ipsum.

Fumigium de corio, lethargicos, epilepticos, & suffocatas mulieres excitat.

Odor peucedani somnum tollit.

Semen sinapis teratur cum aceto, & fricentur fortiter plantæ pedũ, lethargicos excitat. Macer.

Saturgia trita cocta in aceto, & occipitio emplastrata, lætanter dormientes excitat. Rogerius.

Nihil melius lethargicos excitat, q̃ capillorum humanorum fumus.

Ana-

Rogerius. Anacardina potio, est propria medicina
Constant. huius morbi.

Fumus Galbani & cornu cerui, naribus appositus super omnia ualet.

Tota pellis leporis cum auribus & unguibus combusta, & pulueris datus cum calamento, uel gallia, lethargicos sanat perfecte.

Galenus. Caput uespertilionis scissum, si quis panno impositum, dextro brachio imposuerit, neq; dormiet, neq; dormitabit, donec deposuerit.

Eiusdem cor gestatum, uigiliam præstat.

EBRIETATEM SEV CRAPVLĀ discutiētia, ex Plin. Sec. Sect. 12.

17. 24 RAphanus manducatus.
20. 6. Porri sectiui succus tostus.
Eod. 9. Brassica in cibis præsumpta, similiter & postea sumpta.
Eod. 20. Si Crocum quis biberit.
Ibidem Item coronæ ex Croco.
23. 1. Aquę frigidę potus, ex templo.
Eod. 4. Canendę palmę recentes.
Eod. 8. Amygdalæ amarę nuces, capiti illitæ ex aceto rosaceo & aquę sextario.

Eędem

Eędem quinę ferè prędumptę. Ibidem

Pulmo apri aut suis assus à ieiuno prę- 28. 9.
sumptus eo die.

Item hœdinus pulmo.

Acini Hederę Chrysocarpi potu prędum- 24. 10.
sumpti.

Oua noctuę per triduum uino data uini 30. 15.
tedium adducunt.

Pecudum assus pulmo prędumptus. Ibidem

Hirundinis rostri cinis cum myrrha tritus Ibidem
& in uino quod bibatur insperſus.

Vino Myrtitę nunc̄ę quis inebriatur. 23. 9.

Dyonysias gemma quę ex aqua trita sapo 37. 10.
rem uini facit, ebrietati resistere putatur.

Flos teneric̄ę cauliculi uiticis cum rosaceo 24. 9

Radix Ari. Cremata tamen inebriat ni- Eod. 16.
dore.

Ius Mytolorum & Concharum. 32. 9.

Coagulum uituli marini. bibunt cum la-
cte equino asininoue, aut cum punici succo
quidem ex aceto mulso.

Necnon aliqui per se pilulas deuorant. Ibdem

Castoreum in aceti mulsi, cyathis tribus
ieiunis datur. His uero qui sępius corripiun-
tur, Clystere infusum mirifice prodest, uidelicet
castorei drachmis duabus mellis et olei sex
tarius, & aquę tantundem.

Ad

Ad præsens uero correptis olfactu subue-
nit cũ aceto datur, & mustelæ marinæ iecur.
Item muris uel testudinum sanguis.

37 10. Daphniam gemmam Zoroastres & Or-
chastres comitialibus demonstrat.

EBRIETATEM SEV
crapulam arcentia, ex Dioscor.

8. 27. CRocum ex passo bibitum.
Præsumptum uinum quod Myrti se
mine feruefacto exprimitur, crapulam arcet.

2. 133. Brassica sumo cibo sũpta crapulã discutit.

AD EXTEMATOS
à vino, ex Apuleio.

RVtæ syluaticę semen cum uino potum,
mire facit.

AD VERSVS EBRIE-
tatem, ex Apuleio.

BEtonica si prius sumatur, ebrietas uinum
non comitatur.

SOMNVM

Lib. Cap. INDVCENIA EX
Plinio Secundo.

12. 27. ARboris Strobi, quæ nascitur apud Ca-
manos suffitus.

20. 5. Cepæ commanducatæ cum pane.

Por-

	Lib. Cap.
Porrum capitatum in sorbitione ptisane uel crudum præter capita.	Eod. 6.
Allium.	Ibidem
Lactucæ & caules earum deferuefacti.	Eod. 7
Anisum potum.	Eod. 17
Papaueris albi calix tritus bibitur.	Eod. 18.
Succus nigri similiter, sed largior mortem adfert.	Ibidem
Semen eius tritum in pastillis è lacte sumitur.	Ibidem
Rheæ capita quinq; decocta in uini tribus heminis pota.	Eod. 19.
Semen Iunci, quem Euripicen uocat. Sed modus seruandus ut sopor fiat.	21. 18
Rosæ succus per se cum aceto. Item & flos.	Eod. 19.
Baccaris odor.	Ibidem
Crocum.	Eod. 20.
Succus Ireos, sed genituras consumit.	Ibidem
Vini potus.	23. 1.
Vinum à ieiuno potum.	Ibidem
Oleum amygdalinum capiti illitum.	Eod. 4
Odor floris Cypri olens.	Ibidem
Malobathrū uino expressū frōti īponit.	Ibidem
Efficacius, si & nares illinantur.	Ibidem
Item si ex aqua bibatur.	Ibidem

Eod. 6. Punici syluestris radices rubro cortice, denarij pondere ex uino potę

Eod. 8. Nuces amygdalę amarę.

24. 11. Cinis papyri Aegyptię potus ex uino.

25. 5. Hellebori utriusq; farina mixta radiculę qua lanæ tinguntur.

Eod. 13 Succus Mandragorę potus cyatho uno largior pestis est.

Ibidem Odor eiusdem.

26. 8. Ladanum.

Eod. 11 Peucedanum ex aceto Item capiti infusus anagallidum succus.

27. 7. Absinthium olfactum, aut inscio sub capite positum.

30. 14 Oesypum cum myrrhę momento in uini cyathis duobus dilutum.

Ibidem Idem cum adipe anserino & uino myrtite.

Ibidem Auis cuculus leporina pelle adalligatus.

Ibidem Ardeolę rostrum in pelle asinina frōti adalligatus.

Ibidem Putant & per se rostrum eiusdem effectus esse uino collutum.

32. 2. Surculi coralli rubri in puluerem igne redacti ex uino poti aut si febris est, ex aqua.

Eod. 3. Castoris testes cum rosaceo & Peucedano peruncto capite, ijdem per se poti in aqua.

In

INSOMNIORVM remedia, ex Plinio Secundo.

Brassicam decoctā, si ieiunus edat quàm plurimam, ex oleo & sale. 20. 9.

Anisum suspensum in puluino, ut dormiens olfaciat. Eod. 17

Helleborus albus. 25. 5.

SOMNVS VT ARceatur, Ex Plinio Secundo.

Vertis pertilionis caput aridum adalligatū 30. 14

In urina uirili lacerta necata. Ibidem

Fimus Cochleæ & columbinus cum oleo & uino potus. Ibidem

Quin his adde lethargicorum præscripta remedia.

SOMNVM ET SOPOREM prouocantia atq; arcentia, ex Dioscoride.

Iris herba. 1. 1.

Odor Asari. 1. 9.

Amomum. 1. 16.

Oleum Crocinum. 1. 63

Amaracinum oleum soporem mouet. 1. 67.

Myrrha soporem gignit. 1. 77.

Lib.	Cap.	
1.	79.	Styracinum oleum saporem adfert.
2.	152.	Lactuca somnum conciliat.
3.	49.	Baccharis odor somnum gignit.
4.	3.	Betonica grauibus somnis resistit.
4.	55.	Aethiopici iunci semine somnus allicitur.
4.	67	Papaueris erratici folia fotu & perfusione somnum allicit.
4.	68.	Papapaueris satiui capita atq; folia decocta in aqua, somnum fotu conciliant.
Ibidem		Eiusdem decoctum bibitur cõtra uigilias.
4.	72.	Hyosciamum soporem gignit.
4.	76.	Radicis Solani cortex in uino drachmæ pondere potus, somnificam uim habet.
4.	78.	Dorycinon somniferum esse constat.
4.	79.	Mandragora.
4.	186.	Pygnocomoni semen drachmę instar potu grauia somnia & tumultuosa facit.
5.	56.	Vinum Aromatites, somnum conciliat.
5.	72.	Vinum Mandragorites.
5.	149.	Memphites tritũ illitumq; Tam profundũ somnum adfert, ut cruciatus etiam non sentiatur.

SOMNO ASCISCENdo, ex Plin. Val. Lib. 3. cap. 8.

OPium in modum fabę, cum oleo rosato mixtum naribus illinitur.

Coriandri quoq; semen tritum colatumq; & ex aqua calida potui datum prodest.

Itẽ

Item ad eos qui non dormiunt. Styracis uncias tres, glyrizę tres, croci unam, opij tres, castorij unam, lycij Indici duas, spicæ nardi duas, mellis pondera duo. Hęc omnia trita cō miscebis, & naribus fronti q illinies.

Glycyricæ ʒ tres, styracis duas, croci unam opij ij. castorij ij, lycij duas, zinqiberis unam piperis longi unam, spicæ nardi unam, mellis pondera duo, conficies & uteris, ut supra.

Confectio diacodion ad hæc & ad febres.

Codias unam, capita papaueris numero triginta infundes in aquæ sextarijs tribus per triduum, postea ad tertias decoques, addesq in aquam ipsorum mellis partem dimidiam, hoc est, sextarium unum & semis, dehinc coques ad carbones uel ignem sine fumo, donec in mellis pinguitudinē redigatur: & hoc dabis ad noctem glutiendum singula uel bina cochlearia.

Papauer ex aqua elixatum, ad tertias bibas, statim somnum adducit.

Ad somnum saluabis ægrum sic. Opij denarijs tribus, myrrhæ, croci, thuris añ. denario uno cum cęra mixtis pastillos scipulares facies, & præcalefactos umbilico impones, quæ res tam somnum q uentrem mollit.

Antidotum anetinum ad somnum colicis expertum.

Recipe anisi uncias duas, apij seminis unã, iusquiami duas, opij semiunciam, mellis quã tum sufficit, dabisq; aduersus uirtutem patientis integram potionem, ad magnitudinem fabæ Aegyptiacę, cum aqua calida.

Hypnoticum ad somnum. Recipe bedellij drachmas quatuor, olybani quatuor, galbani quatuor, roſę ſiccæ quatuor, myrrhę uero duas, croci duas, caſtorij nnam, quæ cum oleo roſato teres ad ſpiſſitudinem mellis, & induces in nares, in frontem, & in aures.

AEGRIS SOMNO ADſciſcendo ex Q. Ser. Cap. 55.

NOn ſolum miſeros teterrima febris aduritSed ſuper optato pergit uiduare ſopore,
Ne proſint placidi cœleſtia munera ſomni.
Charta igitur, uarijs quã pinxit litera uerbis,
Vritur, inde cinis calido potatur in amni.
Proderit & magnũ capiti ſubſternere fulcrũ,
Prodeſt & miſtã lymphis potare Cupreſſũ,
Palladijs item ſuccis, quos flore roſarum
Iũgis, & immiſces madidũ, tritumq; papauer
Quo lita frons facilẽ præbebit nocte quietẽ.
Nec nõ Mãdragorę guſtu, ſopor addit altus.
Dilue præterea glomeramina, quę gerit intus
Clauſa aries inter geminæ coxẽdicis umbras,

Inde

Inde soporati ducentur gutture potus.

AD PROHIBENDAS uigilias, miscellanea ex Barbaris.

CONtra uigilias fiat suppositorium de opio & oleo uiolarum. *Constant*

Opium, mandragoram, semen papaueris, nig. se. iusquiami, cõfice trita cum succo mauellæ, iusquiano & oleo uiolarum, & frõtem unge.

Si dolor capitis nimis sit inueteratus, incẽ datur opij, camphoræ, añ. resoluatur cũ oleo salicis & auri, uel naribus apponatur. *Rasis.*

Oleum uiolarum cum lacte mulieris naribus immitte, mirum est. *Idem*

Medicina tamarindorum data, parem nõ habet.

Cubebæ tritæ cum aqua rosarum, & capiti suppositæ, dolorem tollunt. *Idem.*

Succus radicum Chelidoniæ naribus infusus, caput purgat.

Sinapis semen torrefactum & sacellatum, antiquum dolorem capitis tollit, sed fiat caute, quia cutem urit.

Fumum radicis Chelidoniæ decoctæ in uinõ recipe, & sæpe gargariza, caput purgat, & uuulam pendentem releuat & desiccat. *Platearius*

Puluerem ellebori albi, piperis albi, & ca-

storij̃ mitte in nares prius digesta materia cũ stupha decoctionis calamenti & rutæ, caput optime purgat & calefacit. Aureum est. Experti.

Succus ciclaminis cum melle mistus, & naribus immissus, caput optime purgat.

Auicenna. Caput purgium factum ex oleo sistico, tollit dolorem hemicraneum.

Radix cucumeris agrestis cum absinthio & oleo coquatur, & fiat unctio de oleo, & emplastrum de fece, omnem tollit hemicraneam.

Rasis. Semen mandragoræ dolorem capitis tollit magnum & paruum.

Quãdo antiquus dolor est, nõ est æque ualens medicina, sicut emplastrum de sinapi, & hoc est optimum emplastrum.

Auicenna. Recipe gummi rutæ agrestis corticis, radicis capparis, squillæ, euphorbij̃ añ. tere cum uino odorifero, & est magnum medicamen.

Idem Macer Siseleos capitis dolori confert.

Aloen tere & distempera cum oleo, & unge frontem mire ualet.

Accipiat patiens pillulas tres ad modũ fabæ factas, ex aloe & succo caulium, uix unq̃ capitis dolore uexabitur.

Lauetur sæpe caput lixiuio facto de cinere radicis caulis, & radicis urticæ maioris, & ui-

uitis albæ, & inuenietur intra efficatia contra dolorem capitis, & maxime hemigraneũ, certissimum est remedium.

Succus foliorum hederæ cum oleo & acetomisceatur, & ungantur nares, & statim hemigraneus dolor cessabit. Galenus.

Cinis cornu cerui cum oleo rosarum mistus & inunctus, tollit dolorem capitis.

Oleum de Kerua suffumigatum, miro modo mitigat omnem dolorem. Hæc ego.

Succus papaueris cuiusuis mistus cum oleo rosato inunctus, tollit omnem dolorem, & dulcem prouocat somnum.

Theodoricon empericon inunctum, ualet contra omne uitium capitis.

Confectio hederæ cum uino temperata, & post inuncta, dolores capitis fugat.

Idem faciunt folia hederæ terrestris trita, & emplastrata fronti, cum oui albumine.

Vnguentum laxatiuum inunctum super uentrem, caput alleuat, stomachum purgat, appetitum confortat, oculos clarificat.

Recipe succi apij ʒ. ij. mercurialis ʒ. iij. adipis gallinæ & anseris añ. lib. ſe. resinæ ʒ. ij. thuris mastices añ. dr. v. medullæ cassiæ fist. dr. ij. fac unguentum.

Si addatur ebuli & sambuci corticis, fortius fiet.

Galbanum cum carta emplastratum, multum prodest.

VERTIGINIS CAPITIS REMEDIA, ex Plinio Secundo. Sect. 14.

Lib. cap.

18. 17. Avere granum, id est, lolium quando est in pane.

20. 14. Epulegio corona, dignior quàm è rosis.

20. 15. Cuminum Aethiopicum tostum, tritum in aceto.

20. 17. Anisum cum semine cucumeris & lini pari mensura, trinum digitorum uini albi cyathis tribus.

20. 18. Sagapenum.

21. 30. Parthenium seu perdicium siccatum, cum melle & aceto positum.

23. 1. Potus radicis uitis albæ, drachmę pondere quotidie toto anno.

Ibidem. Vinum Biæon.

Ibidem. Acetum scillinum.

23. 2. Leti ramenta in uino decocta.

24. 2. Dissectis raphanis elleborus insertus.

25. 5. Hypophesti radicularum succus tribus obolis.

27. 10.

Rhaco-

Rhacoma radix costo similis, minor & ruf fior bibitur.

Cochleæ in cibos datæ.	30.	61
Castoris testes inuncti.	32.	8.

VERTIGINIS REMEdia, ex Dioscoride.

Albanum uertiginosos olfactu suscitat.	3.	96.
Vitis albæ radix uertigine laborantibus prodest.	4.	194.
Vitis nigra uertiginosis prodest.	4.	195
Vinum Scyllinum uertiginem expellit.	5	19

DE SCOTOMATICIS, ex Octauio Horatiano, Lib. 2. Cap. 3.

SCotomaticorum, & Epilepticorum pene similis est in ijsdem casibus sollicitudo: simili enim mentis confusione alienantur. Quã titate causſæ, & magnitudine accidentium solum terminantur. Iuuenibus hæc cq; maxime & ociosis euenire consueuerunt. Contingit etiam quibusdam, qui hemorrhoidarum solennes euitauerunt digestiones. His licet cura epilepticorũ sola sufficiat, attamẽ hoc ordine uisitãdi sunt. Cũ ergo commoueri cœperint, manibus continebo, auribus eorum inclamabo, easdem fortius defricabo, capillos euello ex temporibus, odores naribus admouebo. Ex pulegio tunso, uel origano, aut synapi cũ

aceto commixto, procurabo sternutamenta. Cibos in tempore competenti leuiores dabo, & ad cætera quæ Epilepticis adhibenda erunt. Vnum superaddo, quod hos frequenter hellebori acceptio liberauit.

AVXILIA VERTIGINIS, ex Barbaris.

FOmentetur caput cum aqua decoctionis trifolij, & post emplastretur barba, temporibus & fronti fugabitur uertigo.

Medulla panis pista cum succo coriandri, tollet omnem dolorem.

Succus cepę attractus naribus, caput optime purgat.

Chelidonia trita, cocta, & capiti emplastrata, dolorem capitis tollit.

Pulegium oleo coque, & illo oleo frontem unge & tempora.

Infunde auribus balsamum ad solem, usq; ad iiij. uel vi. uices & sanabitur.

Succum hederæ terrestris, oleum & acetū misce, & cum lana uel bombace appone.

Misce tertiam partem succi hederæ terrestris, & tres olei, & infunde auribus, mox tolletur dolor.

Applica capiti coronam de arbore, quę dicitur Cornea, & liberabit.

Idem

Idem facit pulegium, tota nocte sub aure positum.

Viscum enatum in arboribus tere, super liga, tollet dolores, & humores educet.

Menta trita, & fronti applicata, dolorem de frigida causa tollit.

Succus hederæ uetustissimo lardo mistus, & inunctus sanat.

Si dolor sit in una parte capitis solum, tere allia, & xxx. grana piperis, & unge ubi fuerit dolor, & dabitur tibi uera sanitas.

Folia allij tere. & cum lana liga ad aliã aurem, & iuuaberis.

Succus melliloti cum aceto mistus & appositus, dolorem capitis placat.

EMPLASTRVM IN DOlorem capitis à Constantino probatum.

Recipe, opij, croci, añ. dr. .. rosarum dr. iij. tempera cum aceto, & emplastra, multum ualet.

Aliud ab eodem probatum.

Recipe thuris, stercoris colũbini, farinę añ tempera cum albumine oui, & non ubi dolet appone, sed si in fronte est dolor, pone in occipitio, & è contrario.

Con-

CONTRA SCOTOMIAM, Epilepsiam ex Barbaris.

DA Scotommato bibere abrotanum, & capite raso adpone Theodoricum emperi. & anacardinum, extrahit enim uapores uenenosos.

Balsamita cum oleo trita, cerebro & fronti tepide apposita, ad idem ualet.

Caro leonis fantasmaticos sanat.

Amoniaci dr. i. data cum melle ualet.

Gilbertus. Item, quando primo cadit, da bibere succum aquileeæ, uel ius ualerianæ, uel sanulæ, uel rutæ, & in æternum ualebit.

Stercus catti masculo, cattæ fœminæ datum cum uino, ualet.

Coagulum leporis soluit Epilepsiam.

Cerebrum Camelli siccatum & sumptum tollit epilepsiam.

Brionia puluerizata detur die Mercurij, Iouis & Veneris, & sit dieta panis azimi & aquæ ij. diebus.

Herba quæ dicitur lingua passerina, sanat bibita.

Lapis inuentus in capite cerui, tritus & datus, sanat epilepsiam.

Idem facit sanguis eius ebibitus.

Auicenna. Sanguis agni cum uino potatus, tollit epilepsiam.

Cere-

Coque in aqua cor ciconiæ, & da aquã illam bibere, & cor commedere.

Si tamen prius extractus fuerit sanguis eius, & ultra non patietur casum.

Puluis rutę naribus insufflatus, statim purgat.

Quidam qui longo tempore fuerat passus facta phlebothomia de saluatella sinistra, statim curatus fuit.

Splen asininum frequenter commestum, sanat.

Cerebellum cameli cum oleo rosato inunctum, ante & retro per totum, epilepsiam sanat, quod admirabile & expertissimum est.

AD SYDERATOS, EX PLINIO VALeriano, Lib. 3. Cap. 16. Sect. 15.

ASinini pulli urinam & asinæ matricis, ungulasq; posteriores in cinerem redactas, & axungiam eius admixto nardo coques, ut sit quasi cerotũ, ex quo corpore perunctо liberabitur, ut mireris, quod & ad podagram facit. Syderatis uero remedium quibus manus, pedes, & faciem euertit, facies continuo. Recipe herbæ artemesiæ folia, mentam

tam, bedellium, opopanace, oleum Cyprinū, quæ omnia miſcebis, & coques, & unges per dies quatuor: qui ad ſe non fuerit reuerſus, dimittas, ſciēs eum ita ira dei eſſe percuſſum.

Ad ſyderatos, fel taurinum & ſulphur uiuum coques, & ex eo perunges, mirificum remedium eſt.

DE APOPLECTICIS, ex Oct. Horatiano, Lib. 2. Cap. 7.

APopletici appellati ſunt, eo ꝙ ueluti ictu quodam repentino percutiātur: uel quod frigidiſſimi cum totius corporis deſperatione & grauedine iaceant, ſine ſenſu etiam. Hæc quidem paſſio acuta eſt, & nunc̄ penitus ſociata cum chronicis, nimium ſollicita, ſine febribus tamen.

Hip. in Aphariſmis. De his igitur Hippocrates noſter, huius profeſſionis autor, ſic ſua ſententia iudicauit. Apopleticos inquit, grauiter occupatos, nullo penitus pacto curari poſſe: leuiores attamē licet difficile liberari. Huic etiam ego obediens, hoc ſic ſuadeo obſeruari: ut eos quos ſine ſenſu penitus iacentes inſpexeris, & nimiū frigidos, anhelantesq̄, tantummodo plena ſub deſperatione agere pronuties.

Quos uero leuiores, ut dixi, & aliqua parte ſenſum proprium continentes, ſono nariū reſpi-

respirare conspexeris. penna prolixiore interior faucium attingendo, si fieri potest, cibos, aut phlegmata per uomitum reijcere cõpelles. Sternutamentis acrioribus, eorum capita cõmouenda sunt. Vnguentis, uel fricamentis, acrioribus, & calidis, omnes eorum articulos, mixto uitro, & pipere, infundere suadeo. Extremitatem uero intestini, taurino felle tangendam, aut puluere Staphisagriæ, quã syluaticam uuam appellant. Balanos suppono nimus acres, & thermanticos. Consueuerunt enim his adiutorijs coacti, σκύβαλα, uel urinas, uel phlegmata frequenter extrudere. Cognoscentibus uero, & respondentibus, intrepide phlobotomum adhibeo. Si tamen nimium senes nõ fuerint, succis eos ptisanæ, uel alicæ, cum oxymelle gubernabo. Aquam calidam potui dabo. Quum uero transacto periculo præsenti ad paralisin, ut freqnenter contingit, caussa fuerit deriuata, suo tempore, cũ de paralisi tractaturi sumus, etiam eorum ordinabo remedia.

COMICIALIS MORBI remedia, ex Plin. Secun. Sect. 16.

Vituli marini coagulum. 8. 3ij.
Staphilini radix. 20. 5.
Allium in cibo sumptum & potione. Eod. 6.

Brassi-

Eod. 9. Brassicam si quis edat, & decocte ius bibat addito sale.

Eod. 13. Succus rutæ sylvestris in cyathis quattuor, ante accessiones, quarum frigus intolerabile est.

Eod. 14. Pulegij semen in aceto cyathi mensura.

Eod. 17. Piperitis quæ & Siliquastrum, bibita.

Ibidem Anisum recens illitum cum polenta.

Ibidem Idem si & manu teneatur, auctoritate Pythagoræ.

Eod. 20 Portulaca cibo uel potu.

Eod. 21. Hemina succi Maluę quę dicitur unicaulis decoctæ.

Eod. 22. Sinapis tepida cum succo Cucumerum.

Ibidem Eadem cum fico & cumino tusa, ternis partibus.

Item cũ myrrham cum fœnugræco pari põdere in uino teres, ut leue sit quasi collyrium, & inunges. Quidam enim filiam suam sic curauit: Chelidoniæ succum, quæ oculis plurimum suffragatur, cum collyrio siue aqua marina inungi oportet, in una unctione sanat, & in aqua decocta, dolentes oculi fouentur. Melius si succus eius artemisiæ & rutæ succo pari pondere, & melle & balsamo, mira enim facit.

Cen-

Centauriæ minoris succum adiecto melle æquo pondere permisces & inunges, aciẽ extenuat, & ipsa herba in aqua cocta, oculi fouentur.

Vt caligantibus oculis claritas restituatur, & ne facile hoc periculum incidatur.

Ne caligo accidat facile

Centauriæ herbæ manipulus in uini sextarijs sex coquitur, ac tritum, maceratumq; eximitur, inde quotidie hemina mixto melle ieiuno propinat.

Sal frixum, tritum, admixto melle Attico inunges, & caliginem tollit.

Roris marini cinis cum eius succo expresso, & melle Attico pari pondere mixto, inunges, caliginem tollit.

Ros item caulium & rutæ collectus, & inunctus, caliginem tollit.

Testudinis agrestis sanguine inuncto, caligo tollitur.

Leporis fel cũ mellis Attici parte, unà mixtum, & sæpius inunctum, caligines abstergit.

Mel & succum fœniculi partes singulas, fel perdicis semiunciam, balsamum ad mensurã fellis, mellis & succi. Alij oleum uetustissimũ ad mensuram mellis, alij euphorbium modicum mittunt. Postq; mixta fuerint omnia, mittes in mortarium, & teres diligenter, trãs-

pones in ampullam, & suspendes ad solẽ qua draginta diebus, & tunc inunges frequenter.

Ceparum Cypriarum acerrimarum succum, uel si Cypriæ non fuerint, Germanarũ, cum melle Attico æquis ponderibus, simul teres, & mittes im ampullam, signabis & in fumo suspendes, & uteris.

Item fœnugręcum, ut bibi solet, & aquam mulsam medietate paratam simul misces, addis rosæ quantum sufficit, & fœniculi radices mundas, coques omnia in olla rudi, & quum fuerit spissum, colabis, & repones in uitreo uase, & uteris, ita ut nec fumum nec aurem cõtingat.

Herbam item uerbenam, tusam cum axũgia, super oculos noctu ligas, & postero die tollis, & oculus erit mundus.

Item ad caligines, & omnia oculorum uitia.

Hyrundinis pulli plena Luna in nido suo excæcantur de acu Cyprina, notanturq; ut cognoscantur restituta acie, capita eorum, uel ipsi integri in olla noua uiui comburantur in cinerem, teruntur q; in puluerem ex ligno siculneæ uel therebynthino, cinisq; eorum cũ felle canis latrantis diebus septem, partibus duabus balsami & castorij, partibus singulis tri-

tritus, bene inunctus plurimum facit, mirabe risq; iam desperatas sanare.

Hydra ad caliginem uel albuginem, uel uul nera. Hydra.

Gallas Alexandrinas nouas non pertusas octo tundes, & cribrabis subtilissime, & postea mittes in mortarium Thebaicum. Addes croci denarium cum dimidio, teres per triduum diligenter, & mittes Attici mellis mundi quantum sufficiat, & repones in dolio, & uteris.

Ad caligines oculorum, & ad uitia uetustissima, & ad scabritudines & obscuritatem, & ad eos qui iam prope nihil uident, & quibus medicamentorū præsidia nulla inueniri possunt. Hoc remedium expertum uisitabis, & efficies ut uideant clarissime, sine omni uetusto uitio. Piperis albi denarios duos, croci duos, balsami duos, fellis uituli seu uulturis, siue pulli pugnacis duos, mellis Attici uncias duas, uini ueteris boni cyathos tres, succi fœniculi unum, & ita compones. Piper & crocum teres diligentissime, & bene leue sit, deinde uinum admisces, & succum fœniculi per partes dimidias, & quicquid superauerit iterū fundes: quum ita feceris, iterum teris bene, deinde si quid uini aut succi superauerit, adijcies

& teres diutissime, quumq; totum medicamentum tritum & leuigatum fuerit ut collyrium, oportet transponi illud in pyxide Cyprina, & repositum seruabis. Quumq; uolueris uti, ex eo unges, & inuenies esse potentissimum remedium, q̃ multi luminibus de obscuritate restituti sunt. Hæc compositio ex cõmentarijs Cæsaris Augusti descripta est, qua & libentissime utebatur, & omnibus illã laudabat. Si cui autem acrior esse uideatur, collyrium lene admisceat, & non nocebit.

Ad caligines & suffusiones stari piscis, quod est silũ, à fronte & felle diligenter collecto iununges.

Aliud ad caligines. Succum fœniculi, fel perdicum, mel Atticũ aut Thyminum æquis ponderibus admisces, & postea teris, & postea in sole diebus quadraginta, & inungis, si non senserint curam, ut fortius facias, fel perdicis mittes ad duas partes, & balsami & olei uetustissimi parum mittes: quidã & euphorbium mittunt, ut fortissimum sit. Quæ omnia supradicta diligẽter teres, & mittes in ampullam, & in solem suspendis, & uteris quum uolueris, curat mirabiliter.

Caulium rorem cum melle despumato mittes pari pondere, & iununges, prodest.

Ali

Aliud: Fœniculi radicē decoques, ex aqua eius, oculos eius fouebis, celeriter omnes caligines discutit.

Coriandrum item uiride, tritum cum lacte mulieris, & mixtum, & super oculum impositum, prodest. Pro certo etiam apium & ocimum cum uino tritum, auxilium prestat.

Item ad oculorum tumorem uel epiphoras concitatas. Rosa uiridi trita cum aceto, incareno, infusa dactilo & oleo rosato, & lachryma de ouo, totū simul teres, & in linteolo inducis, & tepidum super oculos imponis.

Salem candidum ieiunus si quotidie gustauerit, omnes oculorum caligines cito tollit.

Item qui sanguinem habent, tusam fabam & ciminum & uuam passam, simul trita impones super oculum, & ligabis per triduum, sanitatem adducent.

Itemq; cocleas de campo tritas in simul illinies fronti, statim desinit.

Ad maculas uel cicatrices oculorum, baccas lauri cum lacte mulieris inunges septem diebus, & septem intermittis, & iterum inunges, & sanat.

Ad leucomata. Fœniculi uiridis denarios quatuor, & betonicæ tantundem teres, & facies collyria, & ex his inunges.

Ad percussos oculos, si sanguinem fuderint, herbam nepetham commanducatā pones super oculos, & noli alligare, & supinus iaceat.

Ad oculorum item dolorem. Laurus ex uino decocta, oculis humorem tollit, & dolorē omnem emendat.

Item ad caligines oculorum. Fœniculi & rosæ, & rutæ succum, & mel Atticum, & fel hircinum, mixta inunges.

Ad albugines de oculis tollendas. Guttas Amoniaci cum lacte mulieris inunges.

Ad lippitudines, Betæ succum cum alumine modico, fronti illinies.

Cataplasma ad hæc. Dactilos teres cum uino & pane molli, & calidum impones.

Ad pilos ēiciendos, qui in oculis nascuntur. Lotium uituli masculi sæpe inducat.

Ad hordiolum iuxta oculum natum. Tollas hordeaceam farinam, ex mulsa cōsperſam calidam, ueluti cataplasma impones circa oculos.

Vt liuores tollas: Cimínum in ore masticatū, cum saliua impones. Item ad hæc, ostream combustam & tritam, ex uino ueteri impones.

Ad maculas oculorum tollendas. Sepiæ testam

stam diligenter in mortario Thebaico teres, & puluerem ipsius sæpius in oculos mittes.

Ad caliginem. Balsamum acre sæpius inunges, hoc & maculas tollit.

Ad caliginem iterum oculorum. Cocleę uiuæ cremantur, & cinis earum melle mixtus, inungitur oculis.

Item ad claritatem oculorum. Leporino felle subinde inunges, & caliginem tollit.

AD LIPPITVDINES oculorum, uel ad eos qui cantos ab humore contritos habent, ex Plinio Val. Lib. 1. Cap. 17.

FOeniculi radices ex aqua fontana & oleo coques pari pondere, donec aqua consumatur, & ex eo oleo inunges, certum est.

Acatiæ den. vi. encausti sicci xv. succi porri uncias xxix. hæc coques donec fiat spissitudo mellis, & in pyxidem mittes, & uteris.

AD OCVLOS SVFFVsos sanguine, ex Plin. Valeriano, Lib. 1. Cap. 15.

SAnguis columbæ instillatur. Perdicis uero & turturis superimponi debet.

Lana succida ex oleo & uino. Hyrundinis ꝙ pulli sanguinis suffusioni oculorũ exectum ungi prodest, & in perpetuo oculi non dolebunt.

Rosa

Rosa in uino macerata, & ex eo uino potui dato, suffusos ex aliqua causa oculos, creditur emendare.

Bithumen, sulphur & thus in uino miscetur, & oculi si percussi, sanguinem fuderint, ex eo fumigantur.

Lacte caprino tepefacto, sero assidue oculi fouentur.

Verbenæ folia trita, adiecto salis pusillo, imposita, ac postero die sublato, expressum sanguinem de oculo expurgant.

Sagapenum item cũ rutæ succo, & amygdala amara pari pondere trita, & admixto melle inunges. Hyppochyseſq;, id est, suffusiones & caliginem tollit.

Aquilæ quæ in syluis moratur, & est formæ amplissimę, fel cum melle Attico mixtũ, & inunctum, oculis suffusis & caligini, utilissimum est.

Ad suffusiones & albugines de oculis tollendas. Fœnugræci uiridis succi cochlearia duo, mellis candidi sine fumo tria, commisces & colas, & decoques, diligenter suffundis, ita ut guttæ super albugines cadant.

AD CALIGINES, CAEcitates, uel ut crassitudo absterga-tur, ex Plin. Val. Lib. 1. Cap. 22.

Ve

VEretrum ceruinum decoques,& ex ea aqua oculos feuebis per dies quindecim, & sanabitur. Sero ac lacte caprino calido per dies quindecim fouebis,& statim sanabitur.

Hederæ succum cum melle stillatiuo sine fumo,& uinum teriacum in modum collyrij temperabis,& iuunges cetum,& in loco tenebroso recludes, & post die septem paulatim aperies fenestras,& post alios dies septem perduces in lucem,& per hos dies mollibus cibis & dulcibus utatur: in quibus etiam consumēdis diebus nō laboret. Item pro sexu duritia, Ammoniacum thymmatum in uino teriaco teres,& oculos inunges.

AD PILOS OCVLORUM adulteros,ut sublati non renascantur, Ex Plinio Valeriano, Lib. 1. Cap. 21.

MEnse Iunio sanguisugas numero quinquaginta mittes in ollam fictilem nouam,& cooperies,ex argilla circumlinies, & mittes in fornacem per spatium sex horarū, deinde cinerem sanguisugarum teres in mortario,& quantum exinde duobus digitis apprehendi potest mittes in mortarium parum, eum duobus uel tribus guttis aceti acerrimi,

&

& teres donec siccum collyrium sit, tollesq; à borsella pilum cum radice, & in ipso tantum punctum cum melle impones de medicamine supradicto, ter aut quater in ipsa hora.

Hyrundinum pullorum cinis cum lacte ti thymalli permixtus, & euulsis pilis impositus, renasci eos non sinit.

Caulium stirpium aridorum cinis cum aceto laserato mixtus. & euulsis pilis impositus emendat.

Ex ligno caprifici, & cerri, & ilicis cinerem. & lixiuium factum attertiatum acerrimũ ut solent saponatŋ facere, coquatur sine axungia & oleo confectum line loca quæ uoles, & defluunt capilli ut amplius non renascantur.

Ad pilos oculorum suffodiens gutta amoniaci albore oui mixta pilos illitos statuit.

Ad pilos eradicandos, fellis uitulini deñ. unum, castorŋ unum, gummi unũ, cum aqua teris & colligis, & reuersata prius palpebra in loco euulsorum radicitus pilorũ, & in die iuducis & continebis donec siccetur, & hoc tandiu facies donec loca curentur.

Ad pilos oculorum ligandos.

Resinæ frixæ unciam unam, aspalati unam

nam, mastícæ unam, cæræ unam, pumicis unam & semis, omnia igni resoluta & commixta uteris secundum consuetudinem.

Ad pilos oculorum. Yo unciam unam, sarcocollæ unam, stryptiriæ unam, teres cum aceto, & facies collyria, & euulsis pilis Luna decrescente cilio reuersato uteris.

AD LEVCOMATA, VEL ad cicatricem, uel ad maculas, Ex Plinio, Valeriano, Lib. 1. Cap. 20.

CArdui agrestis radicem ante solis ortum palo ligneo effodies, tundes ex ligno in ligno roboreo, exceptumq; succum & colatum, atq; in uase uitreo conditum inunges.

Est enim succus gemini effectus. Primum pelliculas membranæ tollit de oculis: deinde curat ut mireris effectum.

Cedría & porri succus inunctus leucomata & caligines tollit oculorum.

Succum cyperi longioris, & oleastri foliorum, & uerbenæ æquis partibus cum melle sine fumo stillatico misces, & inde oculis infundes.

Res est physica quæ etiam cicatricem oculorũ curat, quod si hęc quę dixi nõ fuerint inuenta, requires betam purpuream nigram uel rubeã, quas si tardius inueneris, plantaginis betæué ex foliis cochlear unum, uerbenæ fœniculi & abrotani succi tantundem, & mel stillaticũ similiter in unum cõmisces, & exinde cõfundis tepidum, maculas oculorum mirifice curat. Ideo autẽ parum scripsimus, ut quæ iuxta physici homiuum comprobaueris plus conficias & reponas,

Ad cicatrices & leucomata. Adipem anserinum resolues inunctam cicatricem, & leucomata extenuat & sanat.

Caprinum fel cum uino pari mẽsura mixtum & in modum mellis peractum, cicatrices & albugines emendat. Item ad albugines oculorum tollendas. Sepiæ testa melle illita comburitur & cinis eius collyrij modo tritus prostybio iuungitur, celeriter albugines de oculis tollit.

Bulbis Aphris tritis bucellaginẽ ex eis spissa cum melle & nitro contritã in modum collyrij inunges, in triduum albugines tollit.

Mittes oleum & mel modicum super securim euersam, & teres de cote aut aquaria aut olearia diutissime, quum̃q; fuerint in modũ

col

collyrij spissa inunges. Caue autem ne securis habeat eruginem.

Ad maculas de oculis tollendas. Nummos nouos nouem numero, mittes in uas Cyprinum cum uino albo & ueteri, & mundissime cooperies per dies triginta, addes salis Amoniaci sicci, albi, puluerizati denarios quatuor, ossa sæpiæ rasa quatuor, æris floris quatuor, fimum pulli albi quatuor, succum rutę colatæ cochlear unum, mellis despumati uncias tres, omniaq; in unum commisces, & in ampulla repones, & inde inunges per dies singulos usq; ad sanitatem.

Ad maculas eruendas facit betonica, & senecion, & chelidonia, quæ in mortario teris, & collyrij modo uteris. Si cui autem subito leucomata se in oculis suffuderint, seminis ocimi duo aut tria grana mittes, & clausa palpebra tenes, donec coaguletur humor, & in grana se colligat, & post hęc leuiter sordes quę remanserint frequenter in die colliges: quod si senserit curam, iterabis donec ad sanitatem perducas.

AD ACIEM OCVLORUM, ex Plinio Valeriano, Lib. 1. Cap. 19.

AQuilæ fel cum myrrha, & nitro uncia

una, inunges, uisum clarum reddit, etiam ut acutissime uidere se intelligat.

Item passerini oui alborem cum melle Attico mixtum, inunges, clareq; uidebis.

DE OCVLORVM caussis, ex Octauio Horatiano, Lib. 1. Cap. 10.

OMNES particulæ corporis, proprijs indigent curationibus. Oculi autem curationes multæ, magnæq; sunt. Hi namq; quum primo leuiter, seu uapore, seu frigore, uel cæteris quibusuis originibus fuerint attenuati, frequenter frigidę pustulæ, fomentatione nos conuenit obuiare. Si de frigore ergo obuenerit, uini mixti calida potione fouendi sunt. Quibus uero, commotionibus tā doloris, q̄ grauedinis, aliquando etiam uenę frontis inflatæ, plenitudinem sanguinis attestabuntur, ijs phlobotomo subuenire conuenit: si tamen nulla aut ętatis, aut temporis, uel reliquarum caussarum certa ratio prohibuerit.

Si uenter constrictus fuerit, clystere, seu purgatione prouocandus est. Iisdem uero oculis impatienter dolentibus, fœnograeci succus, palmarum indulcatus decoctione, aut oui recentis tenuis liquor infundatur. Similiter etiam

tiam lac muliebre iuuat. Est etiam cataplasmatis utilissimum adiutorium, quod de oui uitello, & meliloti puluere, pane quoq; infuso in aqua, & oleo roseo, simul mixto, adhibetur. Nos etiam croci, & opij quidpiam coniungimus. Si uero collyrij experimento uti placet, cuius probationem habeas, in ipsis cõmotionibus, cum oui albore tepidum infundendum esse suadeo: ita tamen, ut aut dialibanum, aut delibano, apto contra graues commotiones adhibeamus, præmundatis interea oculis, molli & tepido penicillo, à pituitis ægrotis oculis inhærentibus, iuuatis ciborum continentia, & uini detractione. Sane si capilli nimis onerosi fuerint, detondendi sunt: ut sub maiori beneficio, cucurbitarum adhibitione, & sanguinis detractione liberentur. Aestiuas namq; perturbationes oculorum, etiã decoctio rosarum sola curat calida.

Curat etiam gargarisma, cum per initia adhibetur.

Origani in aceto decoctio.

Si autem declinantibus quidam tumor circa interiorem oculorum partem apparuerit, quem hypopium dicimus, hoc modo reprimendus erit. Pusca frigida frequenter infrigidet: post uero pollinibus hordei ex oxy-

melle coctis cataplasmetur. Similiter etiã de lenticulæ pollinibus fiat. Aeris flos, tritus in lotio inuestis pueri per VII dies, quod postq̃ siccauerit, ex eo puluere melle mixto imposito, competens beneficium præstat. Nã & caseus recens, tritus & impositus, sæpe illũ tumorem repressit, & absinthij herbę puluis, cum cerotario, hoc idem facit. Si ex moro pingui locum primo foueamus, etiam cyclaminum, cum uua passa commixtum & cõtritum, curat. Et bulbi candidi cum melle contriti, similiter operantur. Sic rhaphanorũ cortex, cum uua passa medetur. Sic & rosæ folia, cum felle taurino, uel porcino. Sic fici pingues, in moro coctæ, sæpius profuerunt.

Ad repentinas autem sanguineas maculas oculis inhærentes, flores, uel semẽ hyssopi herbę, in limpido lintheolo colligabis, & in aqua calida infundis, & agitãdo exiccabis: qui succus uelut sanguineus fiet. Ex quo infundendo, illas sanguineas maculas depurgamus. Põstea thure masculo, & aphita æquis ponderibus, carbonibus impositis, fumigãdi sunt. Si uero cæsi, aut percussi hanc maculam sanguineam cum dolore procurarint, ijs colũbi matre subducti, repentinus sanguis infusus prodest q̃ maxime, si de pennis mollioribus expri

primatur: ubi liquor tenuis, tepidus infūden dus est. Item si in eadem hora, ouium lana in- fusa superponatur. Idem puluis rosarum fa- cit, uel semen earum cum aphitis, si in uino cō teratur, & superimponatur. His etiam & sul- phuris uiui fumigium prodest, si idem fumus patentibus oculis hauriatur.

Si oculi reumatizauerint, quod grauissi- mum est tædium oculorum, ῆs uini & carni- um parcitas indicenda est. Ventris purga- tio frequenter fiat, & pusca frigida oculi foue antur, & ęris flos in eadem pusca resolutus, sa tis iuuat. Odores acres & putentes effugiāt lucernarum, uel solis claritudines uitent. Fu- mi, uel pulueris declinent commotiones, in nocte uero aqua frigida, uel uino infusas su- perimponis fasciolas molles, ῆsc̄ continen- do oculos lauas. Si his adhibitis, reuma cum dolore perseuerauerit, phlebotomandi sunt. Ciborum uel potus continentia, custodienda erit. Sitire etenim omnibus reumatizantibus satis prodest. Fronti uero, peponum uiridia folia frequenter imponantur. Similiter & de rapi folῆs. Nam & succus earum frequenter fronti illinitus, & sambuci folia, & citoniorū, & portulacæ similiter, & ex his cum aphitis, & uini cataplasmate sæpe curati sunt. *Ad oculos reumatizā tes.*

Et caseus recens, cum apiorum foliis contritis, impositis, sæpe oculos liberauit: & panis mundus uino infusus, & cum oleo roseo tritus, par beneficium præstitit. Omnes species supradictæ, generaliter quæ oculis reumatizantibus ordinatæ sunt, cum uino & aphitis semper in cataplasmate profuerunt, & decoctiones earum: quibus sæpe oculi fomentandi sunt.

Reumatismus calidus.

Sane si calidus fuerit reumatismus, ex caulium foliis & aphitis, cum aqua cataplasmandi sunt. Sic de ocimo, sic de samsuco, sic de agresti papauere, sic de cicutæ succo, sic pulicariæ, uel apiorum, uel strychni.

Siccus.

Si uero siccitas palpebrarum emerserit, lintheolum mundum butyro infusum, superimponito. Aliquibus uero humorem conuenit procurare per lachrymas æquas, aut fumo, aut terrore, uel plagis extorquendas esse, credimus.

Cura Chemosis.

Sane si in prima oculi tunica sanguinea, nimia ueluti caro apparuerit, quam Chæmosin appellamus, hoc adiutorio curatur. Muscas q̃ plurimas, cum oui uitello conterimus, & in lintheolo mundo superimponimus. Licet etiam collyriis uariis caussæ competentibus sæpe curati sint.

Der

Derbiosos oculos, quos nos impetigino- sos dicimus, asperitatum uitijs laborantes, sic curare consueuimus. Allium accipimus, cuius interioribus melle contritis, oculis postq; ex eo humore, uel succo rapuerit inungito: & ex eo pruritus & supra dicta uitia depurgabis. *Ad oculos Derbiosos*

Aliud. Grana tritici, in lamina ferri calida imponis, & similiter ex succo qui manauerit, cum uino commixto, inungito.

Aeris flos tritus cum melle, fronti illitus, iuuat.

Si pruritus maior palpebras occupauerit, ut etiam capillos amittant, has oportet ex oleo cedrino ungere, aut erugine, cum aphronitis, & melle contritis, aut asphodeli succo, cũ passo commixto. Nam & murica decocta, & mixta cum oleo, adustionem curat, & capillos reparat: & murium fimus, & hircorũ cornua, utraq; combusta, cum melle, & eodẽ modo adhibita. Si pruritus simpliciter ex sole, uel puluere fuerit, aquæ calidæ fomenta sufficient, aut rosarum, aut rubi, aut lentis decoctio. Et rosa sicca, cum uino trito, imponitur, & in nocte oleo simplici loca tanguntur.

Caligantes uero oculos hoc modo curamus, si uulneris aliquid non interfuerit præ- *Ad oculos caligantes*

iudicium. Herbæ paritariæ succum, bitumine Iudaico trito, ęquis põderibus miscemus, oculos inungentes. Et perdicum fel similiter facit. Et marrubij succus, cum felle taurino, & melle Attico, æquis ponderibus commixtus, ita curat. Et ursinum fel, cum aquæ dupla mẽsura, similiter purgat. Si autẽ obscuritas hęc, senectutis magis q̃ oculorum uitium fuerit, succum maligranati, melli Attico æqua mensura commisces, & uteris, uetustatum tamen magis operabitur: sane si q̃ plurimo tempore uas sub diuo facias permanere. Hoc etiam scriptoribus & pictoribus sæpe profuit.

Aliud. In oleo mundo folia marrubij miscemus: & quum tempore illic macerauerint, proiectis foliis, ex solo oleo obscuritates expellimus. Hoc beluæ fel mixtum melli, facit. Hoc succus rutæ cum melle similiter. Nam & Chelidonię succus, & fœniculi, lactucę quoq; agrestis, & melliloti, cum aquæ mensura, caligines & obscuritates, aliquando etiam suffusiones liberauerunt. Et taurinum fel mixtum melle, sic profuit.

Cura nyctalopum.

Nyctilopes uero, qui per noctem uident, & per diem obscuritatem patiuntur, sic curãdi sunt: Accipies hirci iecur, & scarificabitur: humor uero qui ex scissuris emanauerit, oculis

lis, diebus duodecim infundendus est, & uitiũ corrigitur. Aut id ipsum iecur in cai bonibus ponitur: quumq; exudauerit, de eodem humore inungendi sunt. Hoc item iecur coctum etiam inter cibos accpiunt comedendum. Et columbi sanguis infusus oculis, iuuat: & simi asinini recens succus proderit.

Alboribus uero oculorum, nitrum bene tritum, cum oleo infundendum est, aut anethi semen cum aqua tritum. Et succus cucumeris dulcis. Et rhaphanorum succus sic medetur: & amoniaci cum aqua contrita. Nam & lactanti suo mater guttam ammoniaci masticando, & exhalando, albores oculi, similiter & albas maculas filij, sanguinem femoris sui infundendo, sæpius permundauit. *Ad oculorum Albores.*

Glaucos uero oculos, si denigrare uolueris sic facies: Gallarum puluerem tenuissimum, cum aqua bene coctum misces, & leporis fel, mixtum melle, glaucos oculos renouat in naturam. *Glauci oculi, ut nigri fiant.*

Si hordeoli in palpebris nascantur, hordei decoctione calida, oculos fomentabis, & post cæra liquefacta locum tangis. Et si muscarũ capitibus locum confricas, hoc idem facit. *Ad hordeolos palpebrarum.*

Capillos uero contrarios sic non nasci facies: si his euulsis, loca sanguine cimicis tangas: &

sanguisugarum combustarum cinis locis appositus, eodem modo curabit. Et chamæleontis herbæ folia sicca, trita in puluerem, & commixta sanguine ranarum uiridium.

Post unctionem capillorum pro collyrio inungimus, fel uulpis solum similiter.

Staphilomata uero, hoc est, quum in modum uuæ crepantis, prioris tunicæ tumor quidam erumpit, sic curabis. Alumẽ scissum teri facies deligenter, & adipes anserinos admisces, & uteris pro collyrio. Nam & melli cõmixti adipes, supra dicta Staphilomata diligenter curant. Et soli adipes bene colati, sufficient.

SI PILI OCVLIS OBstant, ex Apuleio.

LActuca leporina, pilos oculis obstantes, summe relegat.

AD EPIPHORAS OCVlorum ex Apuleio.

Herba ruta cum polenta bene trita & imposita, lenit epiphoras, nam & radix contusa, & illita eas emendat.

Herbæ papaueris succus uel cauliculus, cũ suo fructu oculis imponitur.

Mercurialis folia cum uino albo, ueteri, imponuntur.

Ca

Canis cerebri radicem cum aqua decoque, & de eadem aqua subinde oculos foueto, celeriter lenit.

Idem ad epiphoras oculorum ex uino optimo tritum, oculis illinitur. Idem ad renes in maligranati cortice bibitur.

Herba apio trito, bene cũ pane oculi tegũt.

AD CALIGINEM OCVlorum & ulcera, ex Apuleio.

Herbæ rutæ montanæ roscidæ folia decocta in uasculo uitreo mittes, uinum uetus admisce, & sic inunges.

AD OCVLORVM CAligines, ex Apuleio.

BEtonicæ drachmam unam, aquæ calidæ cyathos quatuor ieiunus bibat, deducit ad inferiorem partem eum sanguinem, qui caliginem oculorum fecerat.

Dicunt aquilam, quum in altum uolare uoluerit, ut prospiciat rerum naturas, lactucæ syluaticæ folium euellere, & succo eius sibi oculos tangere, & maximam inde claritudinem accipere. Herbæ igitur lactucæ syluaticæ succum mixtum cum uino uetere & melle, à capino qui sine fumo collectus est, optimum succo herbæ uinum & mel commisce bis, & teres, & in ampullam uitream, condito

ex

ex eo uteris, summam medicinam experieris.

Herbæ rutæ rorem matutinum, aut matutino madentes succos collectos in uasculo habeto, & ex eo ungebis. Eadem & carbunculis ex aceto tusa imponitur.

AD OCVLORVM VItia atq; dolores, ex Apuleio.

HErbam Chamæmilon, si quis ante solis ortum carpserit, dicat albuginem uel oculorum dolorem se carpere, eamq; alligatam secum gestet, & curabitur.

Agrimonia uiridis per se trita, si autem arida fuerit in calida aqua intincta, ut facillime teri possit, illita, sugillationes & laborem oculorum, mature discutit.

Herbæ Centauriæ minoris succus, oculis inunctus, aciem extenuatam sanat, adiecto etiam melle idem proficit.

Caligantibus quoq; oculis claritas restituitur recte facile, ne quis in hoc periculum incidat. Centauriæ minoris manipulum in uini congio coquito, ac triduum maceratũ eximito. Inde quotidie ad heminam mixtũ, mel le adiecto ieiunus bibat.

Herbam Proserpinatam accede ante solis ortum uel occasum, & circumscribes eam anulo aureo, & dices tollere te remedium oculis, de-

deinde post triduum ante solis ortum sublatã circundabis diligenter, proficiet.

AD LIPPITVDINES oculorum ex Apuleio.

Herbæ priapisci succo oculos inunges, & lippitudines & dolores tollet sine mora.

AD OCVLORVM ACIEM.

Folia Rutæ subinde manducet ieiunus. Herba Ruta tum uino contrita, potui data antidotum est.

AD OCVLOS LACHRYmosos, Ex Apul.

BEtonica manducata aciem oculorum clariorem facit. Item Betonicæ herbæ tritæ, paululum salis adjicito digitis duobus & pollice quantum tolli potuerit, sublatam formatam turundulam si naribus inserueris, idem facies.

OCVLORVM DOLORIbus medendis. Ex Apul.

Betonicæ herbæ radices ex aqua ad tertias coquito, & ex ea aqua oculos foueto. Ipsam aut eius folia certa supra frontem & oculis imponito.

OCVLORVM DOLORI Mitigando, Ex Quinto Sereno. Cap. 11.

Summa boni est, alacres homini contingere uisus,

Quos

Quos quasi custodes, defensoresq; pericli,
Prospiciens summa natura locauit in arce.
Sic tamen ut nullos paterentur desuper ictus,
Atq; supercilio pauidi reteguntur opaco.
Sed dolor immeritum lumen si forte lacessit,
Lana madens oleo noctu connectitur apte,
Viuentisue nepæ lumen gestatur amicum.
Ex folio caulis cineres, confractaq; tura
Et laticem bacchi fœdæ cum lacte capellæ.
Desuper induces, atq; una nocte probabis.
Hyblæi mellis succi cum felle caprino
Subueniunt oculis dira caligine pressis.
Vectonicæ mansus siccabit lumina succus.
Si tenebras oculis obducit pigra senectus,
Expressæ marathro guttæ cum melle liquēti
Detergere malum poterunt, uel uulturis atri
Fella, chelidoniæ fuerint quis gramine mista,
Hęc etiā annosis poterunt succurrere morbis.
Fel quoq; de gallo mollitū simplice lympha,
Exacuit puros dempta caligine uisus.
Vina chelidoniæ parili ratione iungantur,
Efficiuntq; suo prędaros unguine uisus.
Aspera quinetiam mulcent & rupta reducūt,
Si genus est morbi miserū, quod lumē adurit,
Hic calor infuso mitescit lacte canino.
Anguibus ereptos adipes æruginę misce,
Hic poterunt ruptos oculorū iungere partes.

Si uero

Si uero horrendū ducēt glaucomata peplum,
Spiritus alterius prodeſt, quæ grana cumini.
Pallentis mandens uiſus exhalat in ipſos.
Si tumor inſolitus tuſis, & gliſcit in annis,
Turgentes oculos uili circumline cœno.

INTERSECANDIS, QVAE oculos impediunt. Ex Quinto Sereno. Cap. 35.

MObilis hirſutas horret laſciuia ſetas,
Et gaudet rapto nudari rore pilorum,
Sed bona nonnunq; uellendi cauſa uidetur,
Corpora cum releuat, ratio manifeſta ſalutis.
Namq; oculos infeſta pilorum tela laceſſunt.
Quodq; illis dederat uallum natura tuendis,
Inde inimica ſeges ualidos deſeuit in orbes,
Ergo locum crinis uulſi contínge cruore,
Quem dat auis, tremulis ſimulat quæ pellibus alas,
Præterea quaſcunq; uoles auertere ſetas,
Atq; in perpetuum rediuiua obcludere tela,
Corporibus uulſis ſaniem producito ranæ,
Sed quę parua ſitu eſt, & rauco garrula quęſtu
Nec non & ſtagnis ceſſantibus exul irudo
Sumitur, & uiuens ſamia torretur in aula.
Hæc acidis ungit permiſta liquoribus artus,
Auulſamq; uetat rurſus percreſcere ſyluam.

DE VLCERIBVS OCVLO-

rum

rum, & albuginibus. Ex Galieno lib. de facile parabilibus.

VLcera quæ fiunt in oculis, quæ quidem sunt superficietenus ulcera & nephelia nominant. Quæ uero per profundum albugines. Nephelides ergo succus paparinæ expurgat & succus centaureæ minoris cum melle. Diuturna uero subtiliat cedrea & æs solum, dissolutum in aqua per modum collyrij.

Albugines autem iuuat nitrum lenitum diligenter cum oleo unitum.

Ad albugines oculorum. Recipe succũ draconteæ & misce cum melle crudo & nnge.

Fel hirci confrica in oculo.

Os sepię cõbure & lenias cũ melle & unge.

Stercus lacertę faciẽs collyriũ cũ aqua unge

Fel canis marini unge, uel raphani succo, uel felle galli. Recipe succum malorumgranatorum & pone in uase terreo, & cooperi cum panno, & pone in sole quousq; habeat mellis consistentiam, & ei misce mel æquale, & custodi, quia inueteratum ualet magis, & quando uadit dormitum patiens unge oculos.

Fel leonis cum melle unge.

Si uero puer paruus habet albuginem, mater pueri masticet armoniacum, & insufflet in oculum, & similiter ungat oculum cum menstruo

ſtruo alicuius de cognatione ſua, & ſimiliter mater eius incidat paruum digitum ſuum, & cum ſanguine qui fluxerit ungat oculum.

DE PASSIONIBVS OCVlorum, & primo de Ophthalmijs incipiẽtibus, Ex Galeno lib. de facile parabilibus.

SVccum mentæ, infunde repercutit enim, ſed melior eſt ſanguis columbi.

Fœniculi ſuccum exprimens utere. Antiquatus autem ſit melior permiſce autem eum aqua & utere.

Rutam recentem exprimens pone ſuccum eius in pyxide ænea, de ære rubeo, & utere.

De coctanis coctis & farina ordei, & uino albo fac cataplaſma.

Folia papaueris & cortices granatorum, cũ polline ordei cataplaſmes.

Roſas coctas & lenitas cataplaſmes.

Decoctionem melliloti cataplaſmes.

Foliis coctani tritis, cathaplaſmes cum uino & alphitis.

AD VNGVLAM, EX GALEno lib. de facile parabilibus.

DIcitur Vngula paſſio oculi, quando cornea, aliquando quidem ſuperficietenus: aliquando uero in profundo ſit ſuppuroſa, &

assimilatur paruæ ungulæ secundum figurã, quare passio illa uocatur ungula.

Ad moderatas ergo ungulas, confert melli cratum, & succus fœnugræci, & collyrium, quod quidem per olibanum conficitur. Ad fortiores autem recipe, aloes, myrrhæ, crocí, añ. par. ı. uíni, par. iñ. mellis. par. vi. lenias crocum cum modico uino, deinde aloen & myrrham, deinde infunde mel, & ueniens repone in uase uitreo, & utere bis in die, expurgat enim, & incarnat, & consolidat.

AD HYPOPIA, ID EST, liuorem, quæ fit sub oculo, ex Galeno Lib. de facile par.

SYnapi terens appone cum ceroto.

Ossa sepiæ tere subtilissime, & permiscens cum aceto, unge in nocte, tollit enim ea.

Radicem cucumeris syluestris, cum melle ungens, cataplasmes.

DE SANGVINE MORtuo in oculo, ex Gal. Lib. de fac. par.

Hysopum tritam liga in panno, & infunde in aqua calida, tange, & fomenta locum.

Farinam yreos cum melle miscẽs, appone.

Cyminum tritum permisce cum lacte mulieris, appone, uel origanũ, appone similiter.

Erucæ semen terens cum melle bouino, cataplasmes.

De

DE PAERIGIIS, EX GA leno, Lib. de facile parabilibus.

REcipe uitrioli par. 1. gũmi Arabici par. 5. dissolue in uino, & unge.

Quidam autem epar capræ, melli miscentes, ungunt.

Recipe licium & alcannam, & cũ aqua fac collyrium, & unge.

AD CALIGINEM ET nebulas oculorum, ex Galeno, Lib. de facile par.

Vnge oculos cũ succo foliorũ dragonteę.

Succum Betonicæ cum uino permixto calido, instilla.

DE ORDEOLO, EX GA leno, Lib. de facile parab.

Cum aqua decoctionis ordei fomenta oculos, uel fomenta cum cæra alba, uel recipe muscas, & abscinde capita earum, & cum reliquo corpore frica oculum.

DE MADAROSI SEV malfactione, ex Galeno, Libro de facile parabilibus.

MAdarosis seu malfactio, est casus pilorum palpebræ, curantur autem cũ ijs.

Recipe, ossium dactylorum combustorũ aua. drac. iij. spicæ dr. ij. tere & utere.

Antimonij assi piperis añ. dr. 1. spicæ dra. iij. Faciens ad casum pilorum superciliorū, auellanas combure, & permisce cum adipe ursi, aut capræ, & unge.

Etiam confert ad alopitiam barbæ, iusquiami dr. ij. stercoris muris dr. 1. politrici dr. ij. olei hirini cyathos quatuor, terens, & permisce cum oleo, & præfomentans unge.

Spolium serpentis cõbure & unge, facit enim nasci pilos, uel nigellã tere, et fac similiter.

AD SVPERCILIA PLOSA, ex Galeno, Lib. de facile par.

ORiganum combure, & tere, & applica, præuellens pilos.

Lacertam uiridem coque in oleo, & præuellens pilos, unge locum.

Chameleõtis seu laureolæ radicem, permisce cum sanguine ranæ, & unge locum.

AD SVFFVSIONES, id est, cataractas, uel descensum aquæ, ex Gal. libro de fac. par.

THyriacam permisce cum melle sine fumo, & unge, conferunt etiam caputpurgia & purgatio cum hiera, & fomentatio cũ decoctione fœniculi, & serapinum, & ellebo-rus albus cum melle apposito. Vel, mel cum succo fœniculi.

Ad

AD EGILOPAS EX GA leno, Lib. de facile parab.

EGilopa est apostema inter magnum canthum & nasum, quod si negligatur, scinditur usq; ad os, & dicitur Egylopos, antecq; scindatur, huic confert memitæ, & crocus simul cum succo paritariæ appositæ, & oportet frequenter ea permutare.

Conchulas cum ostracis, tere & appone.

Aliqui uero miscent, & aloen uel myrrham.

Fel porcinum siccans, appone.

Paritariam cataplasmes.

Egilopem herbam cataplasmes.

Portulacam & olibanum appone, premasticans in ieiunio.

De craneo hominis accipiens os, tere & appone.

AD NYCTILOPAS, EX Galeno, Lib. de fac. parab.

Epar hirci assans, unge liquore, qui defluit, oculum, iuuat enim duodecies unctus.

AD PEDICVLOS OCV lorum, ex Gal. Lib. de fac. parab.

Cum aqua marina tepida, fomenta.

DE OCVLIS, ET EO- rum passionibus, ex Macro.

Absinthium.

CLaros oculos reddit cũ melle peruncta,
Hocq; modo fugillatis superaddita prodest.

Plantago.

Pellitur & uilis tumor, hac, feruorq; perũctis.

Ruta.

Cruda cõmesta, recens caligine purgat,
Et melius marathri succo, fellecq; galli,
Mellecq;, si succus ex æquo iungitur eius,
Indecq; sint oculi patientis sæpe peruncti.

Apium.

Illius succo si candida mica terendo
Panis iungatur, oculi sedare tumorem
Dicitur, emplastri noctu superaddita more.

Anethum.

Assatum & frequens si frequens olfaciat eger,
Dicunt feruores oculorum tollere posse.

Betonica.

Vtilis non modicum uarijs uitijs oculorum,
Restringit lachrymas oculorum mansa, uel hausta.
Hac etiam caligo solet metuenda repelli.
Aequo si rutæ fuerit cum pondere iuncta,
Et sic cum lympha sumatur trita tepenti,
Sic oculis nocuus sanguis, per subteriora
Dicitur expelli, sic lumina libera reddit.

Camomilla.

Ae

Aegylopas curat, si quis commasticet illam.

Fœniculum.

Radicis succus mixtus cum melle recenti,
Pulsa reddit oculos omni caligine claros,
Expressus marathri uiridi de semine succus,
Soleq; siccatus, magnum medicamen.

Acidula.

Hac tumor ex oculis tritę cataplasmate cedit,
Exhylarat uisus illius succus inunctus.

Portulaca.

Tumidis oculis prodest, superaddita trita.

Lactuca.

Oculis caligo creatur. His, quibus assidue fuerit cibus eius in usu.

Ligusticum.

Hanc oculis strabus, potuq; erodere nociuã
Asserit, antidotus eius tantummodo semen
Misceri iussit.

Caulis.

Chrysippum dicunt huius de uiribus herbę,
Omnes confirmant caligine lumina tergi,
Eius qui uiridi uescetur caule frequenter.

Viola.

Radices uiolæ cum myrrha tunde, crocoq;,
Hoc inflammatis oculis apponito nocte.

Marrubium.

Prodest luminibus caligine debilitatis.

Pæonia.

Scotisim illa iuuat, stomachicq; dolorem.

Centaurea.

Melle sibi iuncto caligine lumina purgat.

Colubrina.

Succo radicis eius caligo fugatur.
Et uarij morbi quæ lumina perpetiuntur,
Ex ipso puro, si sint lita, melléue mixto.
Et prodest oculis radix, si manditur assa,
Cum pusca granis terdenis seminis hausta,
Lumina munda ferunt, pulsa caligine reddi.

AD OCVLOS.

Io. Vigonius.

AD collyria oculorum confert antimonium, & sanitatem oculi conseruat.

CONTRA PASSIONEM OCVlorum, ex Barbaris.

ALbumen oui agitatum & despumatũ, & in oculo positum, ardorem & punctionem tollunt.

Pan-

Pannus lineus infundatur in mucilagine psilij, & ponatur super oculos lachrymosos, cito eos sanat.

Albumen oui, & succus paritariæ agitentur fortiter, dispumentur, & liquoris remanentis una gutta, imponatur oculo, & statim maculam delebit.

Tres rami Corrigiolæ collecti, in nomine sanctæ Trinitatis, & cum oratione dominica, & cum panno lineo suspensi, maculā sine dubio delent.

Succus corrigiolæ purgatus, & naribus immissus, multum ualet ad multas oculorū passiones.

Succus absinthij, lac mulieris, & aqua rosacea, mista, si emplastrentur, dolorem mitigabunt, sanguinem, & maculas tollent.

Dragunteæ semen potatum, uisum leuit.

Oculi cornicis collo suspensi, sanant omnem oculorum infirmitatem.

Absinthium recens, tritum cum claro oui, & superpositum oculo, sanguinem & ruborē de quocunq; humore tollit.

Si grauentur oculi sanguine, uel lachrimis calidis, impone succum summitatum

rubi cum albumine oui & bombace, & sanabitur.

Succus morsus gallinæ, cum succo summitatum rubi iniectus oculo, sanguinem & albuginem tollit.

Caseus recens, multoties in aqua lotus, & cum albumine oui, & aqua rosata confectus, & appositus oculo sanguinolento, uel calidis humoribus onerato, cito iuuat.

Idem facit in aqua feruenti infusus.

Vitellum oui coctum cum aqua rosa. uel oleo rosa. confectum & appositum, dolorem sedat.

Rosæ positæ in sacculo, & bene bullitæ, & appositæ oculo, dolorē tollunt, & tumorem.

Ad fortem dolorem, accipe cinerem foliorum caulium, & uitellum oui, coctum igni, & lac mulieris, & parum mellis, simul commisce & appone donec sanetur.

Decrescente luna, extrahe radicem corrigiolæ, & porta in collo tuo, & nō sinet oculos infirmari.

Si ardorem oculi patiantur, lac caninū cum succo corrigiolæ misce & inunge.

Pulmo mutonis uel ouis, calidus super oculos positus, sanguinem cito tollit.

Pulmo

Pulmo leporis, cito tollit dolorem.

Sanguis columbinus in oculum proiectus, sanguinem tollit.

Fel perdicis impositum, caliginem tollit oculorum.

Idem facit fel turturis.

Succus rutæ mistus cum melle despumato, & paulatim oculo immissus, antiquam caliginem tollit.

Seminis gallitrici gra. 9. posita in oculo nō sentiuntur, sed oculum purgant.

Bellirici marini positi in oculo, purgant oculum, & non sentiuntur.

Aqua decoctionis serpilli oculis sępe lotis, lachrymę siccantur.

Folia betonicæ & radices fœniculi elixentur, & illa aqua oculi lauentur, siccabuntur lachrymę.

Succus foliorum caprifolij triti, qui cum lacte mulieris colatus, & in oculum missus, eiusdem maculas delet.

Succus morsus gallinæ, maculam delet oculi, si purificetur.

Succus centinodiæ maculā tollit.

Succus plantaginis uel arnoglossi cū bombace oculo adpositus, ulcus seu fistulam anguli eius sanat infra decem dies.

Idem

Idem facit puluis ungulæ caballinæ terrestris, appositus.

Item Saphirus & Smaragdus oculos quos sæpe tangunt, sanant.

Succus radicis acori, clarificat oculos impositus.

Aqua in qua psilium steterit una nocte, apposita interius uel exterius, statim lachrimas cũ ardore & pruritu stringit, & siccat & sanat.

Idem facit suffumigatio ex aceto in quo balaustiæ, uel folia quercus, uel arnogloſſa bullita fuerit.

Tuthia lauetur aqua rosacea, donec aqua colorem mutet, & aqua ponatur in oculo, sanguinem & ardorem lachrymarum, fluxum & humorem tollit.

Vua acerba crematur in olla rudi, & puluis cribatus in panno subtili oculis imponatur, tollit ruborem & lachrymas.

Vitellum oui confectum cum aqua rosacea, & farina, & lacte mulieris, mitigando repercutit.

Tuthia super omnes medicinas desiccat & clarificat oculos, & prohibet materiam acutam ad oculos fluere.

Teratur ruta cum cimino & misceatur cum uitello oui, mirabiliter sanat, & abstergit oculum

lum à sanguine coagulato.

Item unge oculos lippos de succo satyrionis, quæ in montibus uel in pratis nascitur, sine mora sanantur, & tollitur dolor.

Ad calliginem & sanguinem oculorum tere aloen cum albumine oui, mirifice prodest.

Contra fistulam in angulo oculi, fac puluerem de thure, aloe, sarcocolla, sanguine draconis, balaustijs, anisso, flore æris, & cum necesse fuerit fistula tantum prematur ut exeat putredo, inde super latus sanum iaceat, & modicum de isto puluere dissoluatur cum succo arnoglosse clarificato, & ponatur in angulo oculi leso ad solem, & sic iaceat tribus uel quatuor horis.

Cinerem limatię combustę pone super maculam tribus diebus, eam aufert.

Omne lac mitigat dolorem oculorum, maxime cum uitello ouorum & oleo rosato emplastratum.

Betonica trita, & emplastrata, sanat ictus oculi.

Si oculi loti fuerint aqua, in qua betonica, uel radix eius buliat, caliginem, & si quid fuerit uitij amittunt.

Drą. betonicę cum aqua pota, caliginẽ & sanguinem oculorum ad inferiorem partem, reducit

reducit & sanat.

Eadem commesta lachrimas stringit.

Item frequens usus caulis uiridis tergit colorem oculorum.

Cyminum torrefactum, non tamen combustum, tere cum albumine oui, & mica panis misce, & pone super oculos, ut sanguinem inde tollas.

Verbena trita cum albumine oui nocte superligata oculis effusionem tollit.

In multo succo fœniculi resoluatur aloe, & dimittatur in pelui ærea. xv. diebus, post ponatur in oculis prurientibus, & optimum est.

Item faba decorticata & confecta cum albumine oui, & emplastrata temporibus, humores fluentes ad oculos, retinet uel masticata.

Eadem cum uino emplastrata, oculos percussos sanat.

Acatia emplastrata tumoribus, uel humoribus oculorum mirifice prodest.

Item iste puluis pręcioſus, efficaciter delet maculam oculi, remouens sanguinẽ constringens lachrymas. Recipe Tuthię. ʒ. ij. sanguinis draconis. ʒ. i. zuccari. ʒ. i. tere & cribella subtilissime, & parum inij ce, securum est, & sine periculo, & expertissimum.

Item maturetur macula ante usum dissoluentium

uentium cum oleo de auellanis coctis in aqua & expressis.

Puluis factus de rosis zucca. & salgemma ana. ponat super maculas, statim resoluit eas.

Item ceruſa & Thutia quater extincta in aceto & zuccaro, & parum cathimię teratur & apponatur puluis super maculam.

Radix fœniculi bulliatur in aqua in olla, cuius suppone unam guttam in oculo.

Vna gutta urinæ patientis, potenter sanat lachrymas oculorum.

Amigdala, ceruſam, sarcocollam, tutiam, combusta, añ. tere cum urina clara, & siccentur & iterum terantur, & inde parum ponatur in oculo, & sic sanabitur.

Ad tollendam magnam maculam de oculo radix chelidonię conficiatur cum aqua ros. & ponatur in saculo lineo suspenso, & gratis dissoluetur oculi stillicidium.

Pone camphoram super maculam paruam cum succo fœniculi confectum & colatum.

Cinis cornu cerui combusti in olla rudi, maculam & lęsionem oculorum sanat.

Amydum oculis immissum, lachrymas & humores fluẽtes ad oculos retinet et depurgat.

Folia platani uiridia elixata cum uino, & emplastrata, reuma & lachrimas oculorũ sanant.

Lac

Lac corticis salicis floridi oculis iniectum, eos sanat, & clarificat, & molles confortat.

Succus malorum arnogloſſæ iniectus, dolorem oculorum tollit.

Pumex in igne calefactus, & extinctus ter in uino, & puluerizatus ponatur in oculis, quos ardor lachrymarum lędit, sanat eos.

Album oui tepidum dolentibus oculis iniectum, sanitatem restituit.

Oleum commune mundum oculis immiſſum, maculas statim delet & albuginem.

Puluis cancri immiſſus, uisum acuit.

Solatrum impositū, sanat fistulā oculorū.

Folia maluæ agrestis masticata & modico, sale apposito, mundificant fistulam oculi, & carnem faciunt crescere.

Summa medicina.

Cinis fimi columbini usti, conficiatur cum aceto, & postea siccetur, teretur, & distempere tur cum succo fœniculi, & ponatur succus super maculam, summa medicina est.

Vinum decoctionis tormentillę quotidię bibitum sine alio potu, & herba cocta singulis noctibus emplastrata super oculos, per tres menses, aut quatuor, aut plures, uisum restitu it, uel qui pulchros habēt oculos, & nō uidēt.

Verbenæ folia cum uino & sale trita, & super oculos die & nocte emplastrata, contra lippitudi

ppitudinem mirum habet affectum.

Teratur ruta cum aceto, & melle coletur, & colatura clara ponatur in oculo, multū ſtrin-git lachrymas.

Ad caliginem oculorum collyrium mira-bile. Diſtempera atramentum cum albumine oui, & agita fortiter donec ſpumeſcat, & di-mitte quieſcere, & quod inde fluit, in oculis pone ſingulis noctibus, donec ſanetur.

Corticem ſpinæ nigræ uiridis, cum modi co uino tere, & appone unam guttam, inſtil-la, infra tres dies liberabitur.

Item diſtempera mel & atramentum, & co la per pannum, & guttam unam inīce in ocu lum, infra tres dies liberabitur, & delebit ma-culam.

Zizaniam maſtica, & ſuccum exprime in oculum feſtinanter, quia mirabiliter delet ma culam.

Item ſi dentur dr.ij. de aloe. dr.i. de maſti-ce, uel dr.i. cum aqua fœniculi temperata, ſit remedium efficax & expertiſſimū ad uiſum clarificandum.

Item recipe extremitatum hederæ arboreę ſemen, uel foliorum gallitrici, ameos, ligni al. ſtica. añ. dr.i. calamen. origa. dr.i. ſe. radicum ſaponariæ un.i. radic. alteæ un.ſe. buliant o-

q mnia

mnia simul in duabus situlis aquæ usq; ad cō sumptionem in partes, deinde superinfundatur cinis subtilissime cribratus. De hac igitur aqua cineris, bis uel semel in septimana lauetur caput, leuiter confricando cum sapone albo. Exiccat enim maculas & uapores, attrahē do eos ad extra, & uigorando cerebri substantiam & oculorum.

Succus radicis lilij, oculis immissus, ungulas eorum delet.

Cinis rosarum combustarū immissus oculis sanat & siccat.

Succus apij & album oui misceantur, & mittantur in oculos euntis dormitum.

Idem facit cinis de salice factus, siccatus, & combustus, missus in oculos.

Adipes piscium fluuialium liquati, & cum oleo & melle mixti, oculorum claritati plurimum conferunt. Et prosunt multum aquę incipienti in oculo.

Item oculi catti, collo ligati, ophtalmiā mendentur & mundant.

Portulacæ succus syluestris, oculis iniectus delet telam oculorum absq; dubio.

Ad tollendam ungulam, sanguinem anguillæ uiuę, mitte in oculum.

Succus hederæ terrestris in angulum oculi, in

quo

quo fuerit albula immissus, capite uehementer reflexo, malitiam excludit, remouet & albulam manentem.

Ad caliginem oculorum, rorem matutinalem, & succum rutæ & uitium albarum commisce, & in oculos mitte.

Verbena cum albo ouí trita & suppositā, tumorē & caliginē & sanguinē oculorū tollit

Puluerē nitri cōbusti, multū mitte in oculū.

Fel uulturis uel arietis cū stercore humano mixtum, & uino, & bene colatum, ad uisum clarificandum multum confert.

Ad pruritum, & unguem, pinguedinem & succum, uel folium apŋ misce cum uino albo bono, & dimitte per unum diem, postea unge, & laua inde oculos, mire prodest.

Ad sanguinem & dolorem, aloen & opiū misce cum lacte mulieris masculū lactantis, multum ualet.

Panē ordeaceū calidū per medium scinde, & puluerem carui superaspergē, & ante oculos calidos tene, multum clarificat uisum.

Idem facit puluis similis mori, hoc ego fui expertus.

Thimus comestus, caliginē oculorū detegit

Ceruſa immissa in oculos, dolorem tollit, & oculos clarificat.

Idem facit Camphora.

Vnguentum præcioſum immiſſum cum pluma, lachrymas ſiccat, & maculam delet, & uiſum acuit. Lapidem calamitarē accenſum extingue in aqua roſacea alīs tribus uicibus. Eodem modo lapidem Thutiæ. Præterea recipe de lapide calamitari ſiccati & præparati, un. ij. Thutiæ ſic paratæ dr. vi. ligni aloes ʒ. ſe. cupe. roſ. dr. ij. puluerizentur per pannum ſericum, tricotrizentur, duplicatum confice unguētum. Recipe, libras duas ſanguinis porci illius anni, uel inferius recentis, aliam librā aquæ roſ. & coquantur ſimul donec aqua roſa. ſit conſumpta, & infrigidetur, & cum illo ſanguine miſceantur pulueres ſupradicti, & uſui reſeruentur.

Vinum decoctionis rutæ, uſq; ad tertiam partem oculis iniectum, oculos ab omni ſorde & ſanguine clarificat.

Mel triuiſatum, clarificat oculos ab omni ſorde, & dolorem mitigat.

Ad tollendum ſanguinem oculi, ſuccū apī miſce cum albo oui.

Idem facit puluis carbonum ſalicis ſiccæ, immiſſus.

Aqua mirabilis ad omnem maculam, & uiſum confortandum. Recipe fœniculi, rutæ,

cu-

Euphrasiæ, uerbenæ, endiuiæ, tormentillæ, betonicæ, fileris, montani, radicis acori, añ. primo die ponantur trita in uino. Secunda in urina pueri uirginis, post distillentur per alẽbicum, quæ primo exit, est ut argentum, quę secundo, ut aurum, quæ tertio, ut balsamum.

Semen fœniculi, petroselini, apij, anisi, gallitrici, utriusq; radicis chelidoniæ, acori, fœniculi, betonicæ foliorum, agrimoniæ, eufrasiæ, tormintillæ, rutæ, uerbenæ añ. terantur omnia, & ponãtur prima die in urina puerorum uirginum. Secũda die in uino albo. Tertia in lacte asinæ. Quarta distilletur, & serua ut balsamum, uisum acuit, oculum clarificat, maculam delet & pannum.

Valde probatur ad uisum clarificandum, Camphorę & cymini añ. frica fortiter, simul & cola per pannũ, & in oculos pẽna distilla.

Succus radicis lilij oculis immissus, ungulam eorum delet.

Cinis simi humani iniectus, omnem maculam oculi efficaciter delet.

Ad telam & tenebrositatem oculorum, medulla piperis teratur, & addatur succus radicis fœniculi, & in uase æneo per xv. dies ponatur, & in oculum ponatur, multum ualet.

Balneum aquæ calidæ, multum reprimit pruritum, ardorem & angorem oculorum.

Oculi lupi portati, ophtalmiam sanant.

Pulmo leporis minutim scissus & appositus, tumorem oculorum tollit.

Formica omnis trita, decapitata, & in palpebris posita, ordeolos sanat.

Fel galli cum succo Chelidoniæ, & melle illinitũ, oculis uisum perfecte restituit.

Cinis hyrundinis magnæ, cum melle immissus, caliginen tollit.

DE HIS QVAE REMOuent dolorem in oculis, & alia mala accidentia, miscellanea alia ex Barbaris.

IN causſa calida ualent.

ALbumen oui cum aqua papaueris.

Mucillago psillij cum aqua lactucæ, uel succo mandragoræ.

Succus papaueris nigri cũ lacte mulieris.

Auicenna. Succus coriandri distillatus, cum lacte mulieris.

Succus florum iusquiami.

Succus expressus à corona Cicutæ, & prius siccatus in Sole.

Papaueris nigri partem 1. croci & albuminis oui partem semis.

Ocimum.

Caprinus caseus superponatur.

Oua cocta cum lacte exiguo & croco, deinde super lanam posita, prosunt oculorum dolori.

Oleum rosarum cum lacte mulieris, & uitello oui.

Lachryma mandragoræ.

Albumen oculorum seorsum.

Gypsum cum albumine oui.

In caussa frigida ualent.

Ocimum in uino bibitum.

Semen ocimi non gariophylati, bullitum in uino, & emplastratum.

Herba sesami in uino cocta, & emplastrata

Camomilla. Absinthium.

Santonicum, tertia species absinthij.

Pulmo leporis superpositus.

Ocimum fluuiale.

Apium domesticum.

Radices bethonicæ coctæ & emplastratæ.

Herba Satyrionis sicca, & illita cum melle.

Absinthium cum uuis passis.

Emplastrum ex ruta.

Pulmo leporis ualet.

Adeps uulpis.

Cantharides positæ sub mento cum aceto

& pasta, trahunt enim humorem, sed statim auferatur, & folium caulis imponatur.

Prohibentia lippitudinem.

Conducit oculis, lauare cum aqua rosarũ.
Gummi oliuæ syluestris.
Dragantum.
Cortex olibani.
Succus plantaginis.
Collyrium ex floribus rubi cum melle.
Succus menthæ in aqua resolutus.
Succus Satyronis cum melle.
Sanguis columbæ calidus, infusus.
Fel lupi calefactum.
Corallus.
Collyrium ex Marcasita.
Puluis Petræ molendini.

Aqua sublimata foliorum agrimoniæ, uerbenæ, fœniculi, rutæ, rosarum, florum gallitrichi, sclareæ superaspersorum, primo de uino, potest addi prædictæ aquæ, myrrha & aloe.

ADVERSVS ORDEOLUM in oculo.

ORdeolum est apostema paruum, simile ordeo in palpebra.

Sanat

Sanat ordeolũ ſerapinũ cum aceto illitum.

Farina hordei, cum galbano, aut fermentum, aut panis caleſactus iteratus.

Emplaſtrum factum ex foliis affodillorũ, coctum cum uino, uel fece uini.

Idem facit radix eius.

Fermẽtum maſticatum ab ieiuno homine & illitũ, maturat & ſanat apoſtemata.

Fermentum frumẽti cum modico ſale, flos uitis ſylueſtris combuſtus & illitus.

Carthamus cum ſale & aqua miſtus.

Bombices triti & illiti.

CONTRA PASSIONES oculorum.

PRimo contra dolorem oculorum ſuppoſita purgatione corporis, ualet oculus cancri fluuialis ad collum ſuſpenſi.

Ad idem ualet ouum durum aſſum uitello abiecto, & ſic per medium inciſum ſupra oculum ligatum.

Ad idem ualet apium domeſticũ, cum muſto in modico olei cõmunis calidum, quod in lintheo gracili poſitũ, ponatur ſuper oculum.

Ad idem ualet cauterium potentiale in ſcapulis poſitum.

Ad idem ualent uentoſæ cum ſcarrificatione in ſcapulis poſitæ.

Ad idem, ualet phlebotomia de cephalica eiusdem lateris.

Ad idem, ante omnia ualet prouocatio beneficij & uentris cum consuetis.

Ad idem, si dolor oculorum fuerit à caussa calida intrinseca, cuius signum est inter alia rubedo, & caliditas oculi, ualet emplastrum factum ex albumine oui bene agitati cum aqua rosarum mixti, quod oculo superponatur.

Ad idem, ualet aqua rosarum cum succo semperuiuæ mixta.

Ad idē, si dolor fuerit à caussa intrinseca frigida, uel à phlegmate, uel etiam à uentositate, ualet emplastrum superpositum ex farina milij & aqua fœniculi.

Ad idem, si dolor fuerit à caussa extrinseca, uidelicet, ex casu uel percussione, ualet uitellus oui bene agitatus cum aqua rosarum mixtus, & super oculum positus.

Ad idem, quando non habetur caussa doloris, id est, quando ignoratur caussa doloris, ualet, secundum Hyppocratem, balneum, potus uini, & calefactorium suprapositum, factum cum decoctione florum camomillæ, & alijs appropriatis.

CONTRA RVBEDINEM oculorum.

Valet

Valet urina pueri antequam effundat semen in qua calida intingatur bombax, & oculo patiẽtis superponatur, per modũ emplastri.

Ad idem, ualent rosæ in aqua uel aceto decoctę, desuper emplastratæ.

Ad idem, ualet lintheum intinctũ in aqua rosarum, superpositum.

CONTRA RVBEAS MACULAS Oculorum.

VAlet emplastrum de foliis papaueris.

Ad idem, ualet aqua distillationis papaueris rubei, quæ apponatur oculo patienti, uel apponatur per modum emplastri.

Ad idem, ualet puluis camphorę cum aqua rosarum, uel succo rosarum, quod oculo applicetur per modum collyrij, uel emplastri.

CONTRA LACHRYMAS inuoluntarias oculorum.

VAlet suffumigatio, oculorum patientũ cum pice calefacta.

Ad idem, ualet muscus siue in aquis qualitercunq; applicatus.

Ad idem, præsertim si sit de reumate, ualẽt illa quæ dicta sunt contra rheuma.

Ad idem, si lachrymæ fuerint cum dolore oculorum, declinans ad frigiditatem, ualet emplastrum de Tyriaca, uel triferà magna, fronti

&

& oculis applicatum.

Ad idem, si talis fluxus lachrymarum cum dolore declinet magis ad caliditatem. Valet aqua fœniculi cum albumine ouí applicata.

CONTRA DEBILITATEM uisus.

VAlet suffumigatio picis.

Ad idem, ualet uinum decoctum cum olíbano, bibitum continue.

Ad idem, ualet uinum rutatum, seu eufrasiatum bibitum.

Ad idem, consequenter eodem ualet ponere sero & mane in oculo pacientis aquam distillationis fœniculi, & quod oculi ponantur eadem die in aqua simplici frigida aperti, qualibet facta commestione.

Ad idem, & consequenter ualet puluis euphrasiæ siccæ commestus.

Ad idem, ualent rapæ decoctæ cum carnibus, secundum Albensoar, dicentem sic, rapæ habent proprietatē in iuuamento oculorum.

Ad idem ualet inspectio oculorū asini syluestris dum uiuit.

Ad idem, ualet semen fœniculi commestū, dummodo continuetur.

CONTRA DILATATIONEM pupillæ oculorum.

Valet

Valet syrupus rosarum oculo pacientis applicatus, & hic conseruat oculos in sanitate.

AVRIVM

REMEDIA. Sectio. 17.

AVRIVM MEDICINAE Ex Plinio Secundo.

	Lib.	Cap.
SVccus foliorum cucumeris syluestris.	20.	1
Cucurbitę satiuæ, rasæ, succus tepefactus.	Eod.	6.
Raphani succus instillatus.	Eo.	4.
Ceparum succus cum lacte mulierum.	Eo. d	5.
Adeps anserinus cum melle instillatus.	Ibidem.	
Porrum sectiuum cum felle caprino, uel pari mensura mulsi.	Eo.	6.
Betę succus infusus.	Eod.	8.
Succus brassicę tepidus è uino instillatus.	Eo.	9.
Apij ius instillatum.	Eo.	11.
Nasturtiū nigrius tritū & impositū cū fico.	Eo.	13.
Rutæ succus infusus.	Ibidem.	
Mentastri succus instillatus.	Eo.	4.
Succus mentæ cum mulso instillatus.	Ibidem.	
Ciminum Aethiopicum instillatum cum seuo uitulino, uel melle.	Eo.	15.
Capparis semen oleo decoctum & infusum.	Ibidem	
Heraclij succus auribus infusus, cum lacte mulieris.	20.	15.

Anisum

Ibidem Anisum cum rosaceo infusum,
Eo. 18. Papaueris semen tritum cum lacte & rosaceo instillatum.
Eo. 20. Coriandrum cum lacte mulieris.
Eo. 23. Fœniculi succus instillatus.
Ibidem Canabis succus.
21. 19. Succus rosarum gargarizatus.
Ibidem Flos narcissi.
Eo. 20. Melilotos è passo.
Eo. 27. Vīcaperuīca seu chamędaphne ī succū cō tusa
22. 11. Stoebe quā & phleon uocāt in uino decocta.
Eo. 22. Radicis Asphodeli decoctę sucus ī oleo, īfusus
34. 17. Chalchantum penicillo fronti impositum.
35. 6. Sinopis oculis circūlita quā sphragidē uocāt

PAROTIDVM MEDELAE Ex Plinio Secundo.

20 1. Radix cucumeris syluestris.
Eo. 9. Cinis radicū brassicę syluestris cū melle illitus
Eo. 15. Capparis radix in aqua cocta.
Eo. 17. Heraclium decoctum cum hordeacea farina.
Eo. 21. Malue radix addita hominis saliua.
Ibidem Altheæ radix ex uino albo.
Ibidem Radix oxylapathi uino decocta.
Eo. 22. Lini semen cum uino.
22. 8. Centumcapita ex melle.
Eo. 13. Vrtica.
Ibidem Eadem in cibis cocta conditaúe.

Asphodeli

Asphodeli radix uino decocta. Eod. 22.
Lupini in aceto cocti. Eod. 25.
Irio, Grȩcis Erysimon, illinitur. Ibidem
Siccæ fici cum uino decoctæ. 23. 7.
Grossi caprifici decoctæ atq; illitæ. Ibidem
Pilulę cupressi cum farina imponuntur. 24. 5.
Fœnigręci farina in hydromelite decocta addita axungia. Eod. 19.
Succus radicis ebuli cum rosaceo calido. 25. 13.
Folia caulesq; galiopsidis. 27. 9.
Tractatu earū mulierū quibus menses currūt 28. 7.
Axungia admixta farina è salsamentaria testa. Eod. 9.
Stercus columbinum, uel per se, uel cum farina hordeacea, aut auenacea. 29. 6.
Testæ ostreorum cinis ex aqua. 32. 6.
Cancrorum fluuialiū succus cum farina hordeacea. 32. 7.
Creta cimolia aceto assumpta. 35. 17.
Sonchi albi succus instillatus. 22. 22.
Eiusdem radix decocta in oleo punici mali calyce. Ibidem
Mel auribus instillatum cum rosaceo. Eod. 24.
Aqua mulsa. Ibidem
Sesama trita in uino illita. Eod. 25.
Similiter oleum quod fit ex sesama. Ibidem
Eleliphacos, Latine saluiam uocāt, appositā. Ibidem
Astaphisagriæ nuclei triti in aceto. 23. 1.

Amurca

Eod. 3. Amurca in aceto decocta.
Eod. 4. Oleum cicinum.
Ibidem Oleum amygdalinum cum rosaceo, & melle mali punici germine decoctum.
Ibidem. E nuce iuglãde oleum quod carynũ uocatur.
Ibidem. Oleum besaminum.
Eod. 6. Succus punicorum acidorum decoctus.
Eod. 7. Ermeon herba, nitri exiguo addito.
Ibidem Mororum succus.
Eod. 8. Nuces iuglãdes impositæ cum mellis exiguo.
Ibidem Iuglandium folia trita cum aceto.
Ibidem Baccarum succus lauri instillatur cum uino uetere & rosaceo.
Ibidem. Oleum ex lauro Delphica, in mali punici cortice tepefactum.
Gallæ in uino decoctæ, & instillatæ.
24. 4. Galbanum infusum cum rosaceo uel nardo.
Eod. 5. Styrax infusus.
Eod. 6. Spondylĩ flos efficaciter infunditur.
Ibidem. Pix infunditur cum rosaceo.
Eod. 7. Pix liquida.
Ibidem Succus foliorum populi albæ calidus.
Eod. 8 Licĩ succus.
Eod. 14 Ari semen intritum cum oleo, aut rosaceo infusum.
Eod. 16
Eod. 16. Dracunculi succus.
25. 13. Aizoi, id est, semperuiui genera.

Ladanum

Ladanum cum hydromelite, aut rosaceo infunditur. 26. 8.

Succus radicis Setanij. 26. 11.

Succus Alsines infusus. 27. 4.

Polygoni succus instillatus. 27 12.

Impubium puerorum urina, decocta ad dimidias partes, cum porro capitato nouo fictili. 28. 6.

Mulieris lac modice admixto oleo, aut anserino adipe tepefactum. 28. 7.

Lac mulieris, ni sit admixta impubis pueri urina, & mel Atticum. Ibidem.

Vrina apri in uitro seruata. 28. 11.

Fel apri, uel suis, uel bubalum, cum oleo yrino & rosaceo, portionibus æquis. Ibidem.

Præcipue taurinum cum porri succo tepidum, uel cum melle.

Per se tepefactum in malicorio.

Item cum lacte mulierum.

Fel cum myrrha & ruta, in malicorio excalefactum, infunditur.

Lardum quoq; pingue.

Item fimum asini recens, in rosaceum instillatur.

Equi spuma.

Equini simi recentis cinis, cum rosaceo.

Seuum bubalum, cum adipe anserino.

Butyrum recens.

Vrina capri uel tauri, aut fullonia uetus calfacta, uapore per lagenæ collum subeunte.

Fimum mixto felle uituli, qui nondum gustarit herbam.

Seuum uituli cum anseris adipe, & ocymi succo, cum eiusdem medulla, admixto cumino trito, infusa.

Adeps uulpium.

Fel caprinum cum rosaceo tepido, aut porri succo, aut lacte mulieris.

Fel bubalum cum urina capræ, uel hirci.

Coagulum leporis tertia denarij parte, dimidia quoq; sagapeni in Amineo uino &c.

Dentium candor.

Dentifritia.

Fel pecudis cum melle.

89. 6. Canini lactis instillatio.

Ibidem Adeps caninus, forte cum absinthio & oleo uetere.

Anserinus adeps cum succo cepæ, & allij pari modo.

Oua formicarum.

Anserum & omnium auium adeps liquatus.

Murium cinis cum melle instillatus, aut cũ rosaceo decoctus.

Mu

Murium fel aceto dilutum, si quod animal intrauerit.

Adeps anserinus cum cepæ succo, si aqua intrauerit. Gliris detracta pelle, intestinisq; exemptis, decoquitur in melle uase nouo, sed medici malunt nardo decoqui, usq; ad tertias

Terreni uermes anseris adipe decocti, infunduntur.

Rubi cum oleo triti.

Lacerti addito sale contusi.

Oniscos, id est, millepeda, centipeda, seu multipeda, in cortice mali punici decocta & porri succo. Adde & rosaceum, & in alteram aurem infunde.

Cochleæ quæ sunt in usu cibi, cum myrrha, aut polline thuris appositæ.

Item minutæ & latæ, illiniuntur cũ melle.

Senectus serpẽtium feruente testa, usta instillatur, rosaceo admixto uel aceto.

Melius cum felle caprino uel bubulo, aut testudinis marinæ.

Aranei sanies cum rosaceo, aut per se in lana, uel cum croco.

Gryllus cum sua terra effossus, & illitus.

Ventris gallinaceorum membrana, quæ abijci solet inueterata, & in uino trita, calida infunditur.

Gallinarum quoq; adeps.
Blattæ pinguedo cum rosaceo trita.
Mel, in quo apes sunt emortuæ.

31. 10. Nitrum uino liquatum, infunditur.
Ibidem Item ex aceto. Item succum additum.
32. 3. Castorum folliculi cum meconio.
Eod. 7. Bati piscis iecur uel recens, sed inueteratũ uino.
34. 11. Squama æris.
35. 15 Alumen, quod Schiston uocant, infusum, uel illitum.
Succinum tritum cum melle ac rosaceo.
37. 3.

AVRIVM ET PAROtidũ, & sonitus, & surditatis, & uermiculorum medicinę, ex Dioscoride. Libro primo.

Cap.
40. BAlaninum oleum, contra aurium dolores, sonos & tinnitus instillatur, cum adipe anserino.
41 Hyosciaminum oleum, aurium doloribus efficax est.
48. Oleum laurinum, doloribus aurium prodest.
65. Irinum oleum, contra sonitum, ex aceto ruta, & amaris nucibus.
77. Myrrha medetur fractis auribus, perunctæ cum cochleæ carnibus.

Ea-

Cap

Eadem purulentis auribus & inflamma- Ibidem
tis, cum meconio castorio & glaucio.

Thus auribus fractis, cum pice medetur. 58

Therebintus, auribus saniem manãtibus, 90.
utilis.

Pix liquida, purulentis auribus infunditur 92.
cum rosaceo.

Cedria instillata cum aceto, uermes auriũ 105
necat.

Tepens foliorum succus de populo alba, 111
utiliter aurium dolori instillatur.

Aridis rosis in uino decoctis, liquor facit 132
ad dolores aurium.

Lycium facit & ad purulentas aures 134

Ex foliis & cortice salicis succus, cum rosa- 139.
ceo in calyce punici calfactus, aurium dolori-
bus auxiliatur.

Syluestris oleæ succus, auribus subuenit, si 154.
ue ulcerentur, siue pus effluat.

Mali Punici succus, ex nucleo expressus, au 157.
rium dolores sedat.

Myrthi decoctum, purulentis auribus in-
funditur.

EX LIBRO SECVNDO.

Senectus anguium in uino decocta, dolori 19
aurium prodest.

Mellepedę tritæ, & in cortice mali Punici 37.

calfactæ, doloribus aurium, addito roſaceo, conuenienter inſtillãtur.

38. Blattæ eius quæ in piſtrinis inuenitur, interanea tritæ, aut cum oleo decoctæ, aurium dolores inſtillatu mitigant.

41 Adeps uulpis liquefactus, infuſuſq;, auris dolorem finit.

68. Aranei genus, qui candidam, tenuem, denſamq; telam orditur, decoctus ex roſaceo, & infuſus, aurium doloribus auxiliatur.

72. Terreni uermes decocti cum anſerino adipe, & infuſi, affectis auribus medentur.

84. Oeſypum ulcera aurium ſanat.

87. Adeps anſerinus, gallinaceusq;, aurium dolores curat.

Ibidem. Similiter & uulpinus.

88. Fel taurinum, fractis auribus & purulentis, cum muliebri lacte, aut caprino inſtillatũ, medetur.

Ibidem. Suillum ſel contra auriũ ulcera, reliquaq; magno uſu aſſumitur.

91. Vrina canina auribus infuſa, pus ſupprimit.

91. Vrina taurina, ſi cum myrrha inſtilletur, aurium dolores lenit.

Ibidem Aprina urina, ijſdem uiribus prædita eſt.

Ea-

Eadem, auribus instillata, utilis. Ibidem.
Sesama auribus fractis medetur. 109
Linum parotidas, duritiasq; discutit. 113
Parotidas faba cum fœnogræci, cum farina, & melle discutit. 115
Lapathi radices coctæ in uino, & instillatæ, aurium dolores mulcent, & parotidas discutiunt. 126
Beta doloribus aurium auxiliatur.
Plantaginis folia, parotidibus illita cum sale, prosunt auribus. 36 140.
Eorundem succus, aurium doloribus instillatur. 140
Succus è ramentis cucurbitæ tusis, per se, aut cum rosaceo infusus, aurium doloribus auxiliatur. 149
Succus porri capitati cum aceto & thuris polline, lacte aut rosaceo, doloribus aurium, & sonitui instillatur. 166
Erysimon parotidibus illinitur. 175
Dracunculi succus cum oleo, doloribus aurium infunditur. 183.
Succus seminis dracūculi parui, cum oleo instillatus, aurium dolorem mitigat. 184
Succus hastulæ regiæ, purulentis auribus, per se autem cum melle, uino & myrrha tritus, prodest. 187

Ibidem Cinis è radice eiusdem instillatus in aurem surditati auxiliatur.

189 Bulbi fractis auriculis, ex polenta medentur.

192 Capparis succus infusus, aurium uermiculos enecat.

199 Succus foliorum & corymborum hederę, purulentis auribus, aut dolentibus, cum oleo medetur.

203. Succus auriculæ muris, aurium doloribus instillatur.

LIBRO TERTIO.

25. Absinthium auribus utile, si manat sanies, auriumq; dolores, decoctum, uaporis suffitu compescit.

28. Hyssopum inflationes auricularum, uaporis suffitu discutit.

30. Origani succus, aurium dolores cum lacte mulcet.

39 Menta, aurium doloribus cum aqua mulsa subuenit.

41. Calaminthę succus, auribus instillatus, uermes necat.

46 Sertula Campana cruda, ex passo, auribus instillatur.

50 Rutæ succus in mali Punici calyce calfactus, aurium dolori efficaciter infunditur.

Peu-

Cap.
Peucedanum ex rosaceo aurium doloribus instillatur. 90.
Viscum, parotidas cæterasq; collectiones ad maturationes perducit. 102.
Marrubij succus aurium doloribus conuenienter, instillatur per se, aut cum rosaceo. 118
Succus satiuæ cannabis recens, aurium doloribus instillatur. 167.

LIBRO QVARTO.

Sanguinariæ succus purulentis auribus instillatur. 5.
Stoebæ purulentis auribus instillatur. 14.
Succus Erini cum sulphure & nitro instillatus, aurium dolores sedat. 32.
Helxines succus in aurium doloribus infusus, auxilium præstat. 42.
Opium cum amygdalino, mirrha & croco instillatur aurium dolori. 68.
Apollinaris semen contra dolores aurium, prodest. 72.
Psyllium parotidibus auxiliatur. 73.
Eiusdem succus uermiculosis auribus, aut fluxionibus laborantibus, prodest. 73.
Folia Solani parotidas cum sale detrita illitu discutiunt, 74.
Succus eiusdem aurium dolori instillatur. 74.
Alsines succus auriū doloribus infunditur 89.

96. Galiopsis folia, caules, semen, succusq; parotidas discutiunt.

155. Sylvestris cucumeris foliorum succus instillatus, aurium dolori conuenit.

LIBRO QVINTO.

6. Omphacion, id est, succus uuæ acerbæ purulentis auribus cum melle aut passo prodest.

21. Aquæ marinæ feruentis uapor, auriũ grauitates leuat.

14. Aceti feruentis uapor grauitatem, sonitus, sibilosq; aurium curat.

18. Scyllinum acetum, tarditatem aurium infusione purgat.

38. Vinum cedrie aurium doloribus instillatum, medetur.

79. Flos æris tritus in diuturnas aurium grauitates per fistulam flatu impellitur.

114 Alumen fluxionibus aurium cum sanguinalis herbæ succo.

115 Alumen ex melo auribus cũ melle illinitur.

116 Sulphur fractis auribus cum uino & myrha illitum medetur.

117 Sal aurium doloribus cum aceto prodest.

167 Cimolia aceto diluta parotidas discutit.

AD AVRIVM IMbecillitatem, uel surdos, & eos qui minus audiunt. Ex Plinio, Valeria-

Valeriano Lib. 1. Cap. 12.

HEderæ succus mundissimus cum uino instillatus plurimum facit.

Ad surdos, allium & cepulas cum adipe anseris colas & infundis.

Ad surdos & qui grauiter audiunt, oua formicarum contrita, surditatem aurium quam uetustissima sic sanabunt. Caprinum quoq; fel instillatur grauiter audientibus & prodest, ac bubulum lac cum felle caprino mixtum, & infusum auriculis grauiter audientibus, restituit auditum.

Item parum audientibus utile est acetū gargarizare. Brassicæ item puluis in passo maceratus, & linteolo infusus auribus iniicitur, mireq; reddit auditum.

Rutæ succus tepidus instillatur. Lactantis fel addito grano salis & mellis uno cocleari calefactum aneti surculo, instillabis in aurem, ita ut mox apertus erit procellus anteq; tangat ipsum fel auferatur.

Cardamomum idem, nasturtium cum sicu tritum, & auriculæ inditum, eis qui grauiter audiunt, prodest. Bouis fel admixtum urinæ capræ & tepefactum, auribus instillatum, auditum reddit.

Surdis & qui grauiter audiunt, ueruccis fel

cum

cum butyro & urina ipsius ieiuni pari portione mixtum, in aurem infundis, & surdos nō naturales, quamuis multos annos non audierint, curat, & alia eorum uulnera sanat.

Surdis qui succurrendum.

Ad surdos multi temporis expertum. Maioris cannæ uiridis folia contundes, & per linteum exprimis succum, tepidumq; auribus infundis per dies septem uel nouem, est enim res saluberrima.

Succum corticis ligni nucei tepidū per triduum infundes.

Serpentis tunicam in uase nouo exoluis, & super cinerem calidum fricas, ex eo oleo tepidum in aurem mittis. Hoc enim ad grauitatē aurium & dolorem prodest.

Brassicæ succus cum uino æquis partibus mixtus & tepidus instillatus auribus, parum audientibus auditum præstat, & dolorem mitigat.

Item succum raphani, eis quibus subito auditus aufertur, & nitri puluerem in aurem & acetum superinfundes. De uino etiam, & de oleo rosato posterius à parte capitis ungis, quę unctio etiam & ad dolorem capitis facit.

AD DOLOREM AVRIVM, Ex Plinio, Valeriano, Lib. 1. Cap. 10.

Coriandri

COriandri succus cum lacte mulieris immixtus & auriculæ infusus, dolorem mirifice tollit, lazarisq; granum modicum auri inñcies & cessat. Cardamomi quoq; succus auribus instillatus, dolorem auriū & molariorum dentium sedat.

Ad acutissimos dolores aurium.

Spuma argẽti & myrrha pari pondere trita ex aqua & bene leuigata facies collyria, & quum uti uolueris, remittes ea in rosa liquida & tepefacta auribus infundes. Frigido quoq; si quis utatur, eodem medicamento idem facit. Porcinum fel porri succo cõmixtum tepefactum auribus instillabis. Adeps quoq; gallinaceus solutus ad horam, & auri infusus plurimum prodest. Rutæ etiam succum si immittis, curabitur.

Ad dolorem aurium & punctiones, oleum rosaceum cum adipe anseris infunde, & transsit. Aqua si in aurem intrauerit & dolorem exhibet, solus succus coriandri in aurem expressus sine dubitatione liberat & sanat. *Contra pũctiones aurium.*

Rutæ teneræ succus auriculę instillatus sine dubitatione dolorem liberat: & si maligranati cortice fuerit coctus, melius facit.

Foliorum quoq; salicis succus cum rosa liquida in putamine mali punici calefactus & inditus

inditus auriculæ mire succurrit.

Repentina & inueterata aurium uitia:

Ad aurium uitia & repentina, antiquosue dolores. Aqua si ingressa fuerit, & statim sublata, facit imposterum graues caussas. Exinde enim uentositas, & abundantia rheumatis in capite, tinnitus quoq; aurium, quæ dum non curantur, exinde fiunt surdi. Alijs uulnera in aure nascuntur, alijs fœtescunt. Quibus rebus ita succurrendum est. Gummi hederę cum betæ nigro succo tritum & tepefactum auribus infundis, ita tamen ut & rubi teneri succū misceas, simulq; antiquam aquam exiccat, uentositatem & dolorem tollit. Trociscus maxime necessarius ad dolorem auriculę. Calco uncias tres & semis, staphisagriæ unā, coconidij unam, sinapis unam, carei unam, fimi columbini unam, aristologiæ longæ unam, cymini duas, yo unā, Cyprij oximi semine unam, nitri duas, sali Amoniaci duas, baccę lauri octo, mannæ thuris sex & semis, yris septem & semis, aceti sextarios sex. Hæc omnia tundis singillatim & cribras, & prius mittas in mortarium puluerem calchum & yrim, & teris cum aceti calice pleno, quę quum trita fuerint post dies tres mittas reliquas species cum aceti acerrimi sextarijs duobus & teris, & quum resiccauerint, addis paulatim sextariū, donec compleat

Fœtoris aurium curatio

Trociscus ad dolorē aurium.

pleat sextarios sex, terendo per dies quadraginta in sole: at ubi bene tritū fuerit, facis trociscos: facit autem & ad uulnera. Ita de ipso trociſco unciam unam teris in aceto diligentissime, & facis seorsim cerotum sic: Olei rosati uncias sex, ceræ tantundem, resinæ frixæ uncias quatuor, factumq; cerotum mittis in mortarium ac permisces & uteris sic.

Ad auris dolorem temperabis aquatius. Si uulnera alicubi fuerint paululum spissius, ut quasi pro emplastro utaris. Fellis caprini uncias tres, & mellis duas, conteris & in strigili calefacias & infundas & lana obcludas, prodest etiam si intrinsecus cancerauerit auris.

Oleum laurinum in strigili ferrea missum, & tepefactum, infusumq; auribus omnem dolorem tollit.

Canabi succus & de soliis eius auribus instillatus, uermes natos necat, etiam si animali impresseris, uermes interficit. Liquaminis cochlearia quatuor, & mellis despumati duo, tolles & mittes in calicem mundum, & cinerem cineri calido suppones, atq; spumam tolles, & quum tepidum fuerit, auriculæ ad omnes dolores infundes. Si putruerit aut uermiculos fecerit, fel taurinum ex melle despumatū æquis mensuris mittes in testam rudem, quam suppones

Putredinis aurium curatio.

pones carbonibus, ut lento igne ferueat, donec in unum admisceatur. Hocq; medicamen in uase uitreo colliges, & quum necesse fuerit, ad curam tepefacies in calice, & mundata aure, ex lana medicamentum infundis. Mentæ quoq; succum & mel æquis mensuris commisces, & tepefacies, ex quo biduo aut triduo infundis auriculæ, si senserit curam, bene & optime, sin aliâs, addito acetum & modicũ aphronitrum, & simili modo tepefactum infunde auriculæ.

Item ad auris dolorẽ, siue quę uermes habet, calamentũ permisces cum cedria, & infundis.

AD DOLOREM AVRIVM antiquum fœtorem & dolorem, Ex Plinio Valeriano. Lib. 1. Cap. 11.

PVrgantur ea omnia natura nucleorum. De maioribus ergo nucibus nouellis tempore suo plurimas colliges, & in optimo oleo uase uitreo conditas contra solem macerabis, & de ipso oleo mittes in testam maligranati siccam & excauatam, & deinde coques ad cinerem calidum, sed tepidum auribus infundis, omnia uulnera antiqua & fœtorem & dolorem tollit.

In excauatum malum granatũ mittes mel, &

& auri pigmentum, tritum ex gutta aceti.

Cepæ succum cum melle, quod in carbonibus calefacies, & auriculæ infundis, mire sanat.

Foliorum porri uiridis succū in aurem mittes, & quum crepuerit uulnus ipsum, cum adipe gallinaceo infundes, & sanabitur.

Cepæ Aphræ succus cum melle bene subacto instillatus, auriculas grauiter audientes, emendat, dolores sedat, putulentas expurgat, uermes necat, aquam euocat & ejcit.

Item roris marini succus, cum oleo rosato & sapone Gallico simul resolutus & coctus, tepidusq; infusus, uetustissimū surdis & pus extrahit, & auditum facile restituit.

Bubulum etiam lac cum felle caprino mixtum, infunditur auribus fœtentibus atq; dolentibus.

Ad uulnera aurium quæ intrinsecus nascū tur. In calicem mali granati mittes mellis cochlearia duo, & super cinerem calētem ponis, ut leui calore subbulliat, donec sensim decoctū redigatur in unum, & quum tepefactum fuerit, auriculæ infundis.

Confectio thymiamatis. Styracæ isauricę libram unam, styracæ calami libram unam, masticis unam, ungellæ Indicæ maioris unci

as tres, roſæ uiridis libram unam ſemis, amomi unciam unam, ſquinanti unã, gariophili tres, carpobalſami ſemiunciam unam, caſſiæ ſemiunciam, croci unciam unã, laudani tres, bedellij ſemiunciam, myrrhæ unam, balſami quatuor, & de quatuor uncijs balſami duas mittes cum puluere, & duas ſerues ad unguẽdum paſtillos, mellis uncias ſex, uini quantũ ſufficit, ſextarium unum cum roſa & ſtyrace tũdis xyromiræ folia uncias ſex, amomi ſex, balſami duas, ſtyracis Iſauricæ ſex, ada ſemiunciã, gariophili uncias duas, ſpicænardi iij. roſæ uiridis ſex libras, omnia facite in paſtillos, dum facti fuerint, ſuffumigabis de ſtyrace & maſtice bis in die uel quinquies, cẽp diu ſiccentur.

AD DOLOREM AVRICVlæ. uel aquæ ingreſſum, ex Plinio Valeriano, Lib. 1. Cap. 9.

PRoxima mihi uidetur cura aurium, quæ acutiſſimum dolorem inferunt, ſimul ut paſſæ ſunt uel minimam offenſam. Scio certe medicos quoſdam huius curationis ſibi ſummam ſcientiam uendicaſſe, & magnas mercedes popoſciſſe, quum aduerſus morbos aurium unum aut alterum noſſent remediũ. Nos uero multa proferimus, ut quum res exegerit poſ

possimus uti, quũ ex ijs aliqua occurrerint.

Gari excellentis cyathus. 1. aceti cyathus. 1. mellis cyathus & dimidius in calyce nouo sensim decoquitur, spuma subinde penna tollitur, & quum spuma recesserit, remouetur, & ex eo tepidum infunditur ad omnes infusiones auriculæ, sed mox conquiliata lana obturandæ sunt.

Ranarum adeps remissus & instillatus, dolorem statim tollit.

Si tument aures, succo coriandri mitigandæ sunt, sed prius succus hederæ tepidus, cũ uino instillatur. Mel cum rosaceo inditur, melq; cum rosaceo & manna thuris ad instar cochlearij adhibetur, hoc & uulnera sanat, & humores exiccat.

Parum audiẽtes, utiliter acetũ gargarizãt.

Auricularum fracturis medentur bulbi triti & appositi, & quinto die soluti, foliorumq; rubi in quo mora nascuntur, succus tepidus instillatur. Fel pecudis cum melle, aures purgat. Canini quoq; lactis instillatio, sedat dolorem. Grauitatem aurium adeps remissus cum absynthio trito cũ oleo, & infusus emendat. Murium uero cinis cum melle instillatus, inhibet dolorem. Si aliquod animal intrauit, præcipuum est remedium, murium fel aceto

dilutum instillare. Si aqua intrauerit, anserinus adeps cũ cepę succo illinitur. Deplorata autem uitia aurium sic sanantur. Gliri detrahitur pellis, & intestina eiusdem decoquuntur in uase nouo cum mellis heminis tribus, usq; ad tertias, atq; ita seruatur, & quum opus est strigili, medicamentum tepefactum, infunditur. Valde laudãtur & terreni uermes cũ anseris adipe cocti & instillati. Verberatis auribus, cocleæ quæ in usu sunt cibi, apponũtur tritæ cum myrrha & thure. Cocleæ item minutæ, & lare tritæ, fracturis aurium illiniuntur. Senectus serpentis, feruenti testa usta & contrita, instillatur ex oleo rosaceo contra auriũ uitia omnia, sed præcipue graueolẽtiam: & si purulentæ sint aures, melius ex aceto & felle caprino & bubulo, hæc senectus post annum uires non habet. Membranæ ex uentre gallinaceo quæ proiiciuntur ex uino tritę, & adipe gallinarum tepefactæ infunduntur.

Blattæ etiam sine capite, & pedibus, & alis tritæ, & illitæ, linteolo contusis auribus imponuntur. Nitrum ex uino liquatum, purulentis auribus medetur. Sonitus quoq; & tinnitus discutit nitrum tritum, & siccum, sparsum ex rosaceo tepido, & auribus immissum, purulentis auribus infunditur. Fel tauri cũ porri sectiui succo, si grauitas sit aurium eodem

dem felle cum lacte muliebri perluendæ sunt.

Equini simi cinis cum rosaceo instillatur.

Seuum uituli cum adipe anseris & ocimi succo, fel taurinũ uel caprinũ, cum rosaceo tepido auribus inditur. Omnibusq; quæ immittuntur, tepidis utendum est. Vrina etiam apri tepida infunditur, & ad hos usus seruat in uitreo uase. Si aqua intrauerit in auriculã dextrã, sinistro pede desultare oportet, capite in dextrum humerũ inclinato: Si sinistrã, ex diuerso. Si quod animal intrauerit, & inspuatur in aurem, exire creditur.

DE PAROTIDVM CVRATIONE, ex Plinio Val. Lib. 1. Cap. 13.

RAro medici parotidum curationem nõ deuocant à scalpello, quum reprimi possint, & si res exigat adaperiri collyri ratione. Reprimit eas radicum brassicæ cinis, cũ melle illitus.

Lupini ex aceto decocti & triti, discutiunt uitium.

Cinis cum creta cymolia & resina pari põdere exiccat.

Apponitur muricum testarum cinis cum melle, uel conchiliorum ex mulsa.

Sepiæ ossa cum axungia uetere, contusa.

Lini semen tusum, cum melle mixtum, mitigat.

Ficus ſicca, & uino cocta & trita, adiuuat.

Comprimit eas ſimus columbinus cũ farina ordeacea, ex melle.

Noctuæ cerebrum uel iecur, cum oleo tepidum, infunditur auriculæ parotidæ.

Multipeda item cum reſina parte tertia, illinitur.

Creta quoq; Cimolia exiccat, & ſimus capræ cum axungia illitus.

Plantago cum uetere axungia, perſanat.

Vrſinus adeps conteritur cum ſeui taurini pari pondere, & ſimus capræ cum axungia illinitur.

Caput uiperæ in linteolo inuolutum, & faucibus alligatum, ſanat.

Menta uiridis cum polenta trita & impoſita, collectiones parotidum ſoluit, & mammarum uſturas placat.

Ad omnẽ genus collectionis parotidum, lini ſeminis farina cum melle & oleo cocta, adñ cies nitri puluerem, & ligni caprifici cinerem æqualibus portionibus: quod quum agitatum eſt, in cataplaſma imponis, & ſanat.

Item ceræ uncias ſex, butyri quatuor, axũgię quatuor, cypriní quatuor, bullorum quatuor, axungiam uero & bulbos ſimul tundes in pila, & cum cera ſimul liqueſacies, & axungia

gia permisces cepis, quod colatum seruabis in uase fictili, & uteris.

Parotidibus & strumis floris caltis den. iij alli grana ij. cum axungia uetere imponis. Item strumas, coriandrum, & faba cocta & imposita, discutit.

Radix gladiolæ cocta, & trita eum sale, & imposita. Et item cucumeris syluatici radix decocta, & cum aqua mulsa trita & imposita, prodest. Mense autem Martio & Aprili colligenda est. Item ut strumam omnibus radicibus extractis, ad sanitatem certissimam perduces, galbanum superimpositum, strume humorem facile discutit.

Felle bubulo super strumas imposito, tanta potentia discutitur.

Caput uiperæ in linteolo inuolutum, & faucibus alligatum, sanat.

DE AVRIVM DOLORIBVS.

ex Octauio Hor. Lib. 1. Cap. 7.

AVrium dolor uarijs frequenter ex incõmodis excitatur. Nam & frigora, & lauacrũ importunum, & quassatio eiusdem cauernæ, uel sordiũ conspiratio, aut altior nerui tactus, aut si per longã ægritudinẽ humor uitiosus illic aggregatur, eque molestiam auribus faciunt. Si de frigoribus etiam dolentibus emerserit, in oleo cepas coqui facias tepi-

do, aut piper tritū cum oleo, similiter & rutaceum. Sic etiam laurinū curat. Si de humore balnearum aures fuerint inquietatę, oleum tepidū infundito, & postea lana mollito. Sed & ceparum succum, cum anserinis adipibus mixtum: similiter initio, & oui albore cū lacte mulieris. Etsi dolor innatus fuerit, basilicon in nardino oleo solutū adhibeo, & castoreū cum lacte muliebri similiter. Vtile est interea, ut spongia molli uaporetur ex aquis calasticis: & post lana detergatur. Sane si cū illa indignatione, doloris etiā deriuatio fuerit saniosa, alumen melle & oleo resolutum, infundito. Et galbanum in oleo similiter resolutū, injicito. Ventositas uero si intercluſa erit, aphronitris in aceto resolutis, excluditur. Hoc & draconteæ herbæ succus, & centaureę facit. Si uero sonare aures cœperint, oxyrhodone tepido curandæ erunt. Si autem idē ex ęgritudine sonitus obuenerit, ex aqua primo uaporibus aures, in qua absinthium Ponticū coques, & continuo oxyrhodonē infundis, aut raphanorū succum cū oleo, aut hellebori nigri puluerē cū aceto, aut solum acetū tepidū cū melle cōmixtū: aut porri succū cū lacte muliebri, & oleo roseo, aut amygdala amara cū aceto & oleo. Hoc & cepę, & alliū cū adipibus, uel porci felle infusū remediū procurabit

Innatus dolor auriū.

Si

Si uulneratæ aures fuerint, glaucium, cum aceto contritum infunde. Si tamen dolor non maior fiat, uel etiam humor, lamina ferri purgati cum aceto trita iuuat. Si audire tardius cœperint, quod difficile nouimus purgari posse, puluerem nitri marini contriti commisce, & antea caput purgabis. Deinde uentrem purgatione procurabis. *Aures uulneratæ.*

Auribus uero absinthij herbæ decoctionē tepefactam infunde. Lauri quoq; folia, & betarum cocta superpone. Aliquādo nitrum in pusca resolutum infundimus, aut bouis, uel tauri, aut caprarum, siue porcorum fel, cum oleo roseo, uel rhaphanorum succo, similiter tepefactum profuit.

Quibus uermes innati fuerint, bouillas carnes in carbonibus superpone, aut humorem ex hinc manantem collige, quem auribus tepidum frequenter infundes. *Vermes in auribus.*

DE PAROTIDIS.

Ex Octauio Horatiano.

Lib. 1. Cap. 8.

TVmores repentinos sub auribus innatos, Parotidas uocamus: quas aliquando ex ęgritudine, aliquando etiam spontanee apparuisse cognouimus. Easdem frequenter per initia mollientes spongia in pusculā infu- *Parotidæ.*

sa compescimus, assi due commotando. Quæ uero ex ægritudine emergũt, æque per initia, cucurbita mediocri imposita, ad superficiem prouocandæ sunt. Si uero cum grauiori augmento minaces accesserint, tunc neq; cucurbitæ, neq; similia adiutoria quæ ex altitudine aliquid euocare possint, adhibenda sunt. Frequenter enim ex doloris acerbitate, febres, & uigiliæ procuratæ, eliminatis uiribus uitę periculum intulerunt. Paragoricis uero ijsdem adiutorijs, sic morigerandum erit, ut ex pane mundo, infuso, contritoq; cataplasmentur: quod frequentius mutari debet. Similiter etiam de tritici pollinibus faciendum est sic de hordei, superadditis tamen porcorum adipibus. Sic oryza mutata cum butyro.

Si autem ijs adhibitis quæ mitigare consueuerunt, locis iam maturatis sanies apparue
Vergilius. rit manifesta (quod ille ait) continuo culpam ferro compesce. Post uero resecatis caussis, uulneribus solenni diligentia seruiemus, curationibus tamen euacuaturis, & extenuantibus. Ad hoc maxime etiam tunc medicinæ incumbat industria, ut frequentibus etiam fomentatiõibus, doloris illis penitus inquietudo quiescat. Sunt autem auiutoria hæc, quæ post doloris impetus adhibẽda sunt, Arnogloſſa con

trita

trita, cum salibus, aut lapathi radicibus in uino decoctis, & rutæ folia uiridia, trita, ac mixta cum cerotario, & oleo roseo temperata, & sulphur uiuum cum cymolia, æquis ponderibus, iuncta axungia. Sic fici pingues decocti, & contriti, similiter caussas latentes euocauerunt, quibus in principio hæc adhibēda sunt adiutoria, quādo per saniem digestionem uolumus procurari, post fomētum aquarum calasticarum ex seminibus lini, uel fœnogræci, & hordei pollinibus cum mellicrato facto cataplasmate seruiemus. Sunt namq; adiutoria quæ & euocare, & ad maturitatem cogere parotidas uel apostemata ualeant. Hordei farina cum mellicrato, aliquando etiā cum aqua marina, & oleo roseo temperatum cataplasma adhibetur. Et fici similiter pingues, in muria, uel in aqua marina decocti, & contriti imponuntur. Et betæ coctæ in aqua, & contritæ similiter temperantur, & agrestis cucumeris radix, in mellicrato cocta & contrita adhibetur. Maturatiua.

Aliud de experimentis. Rutam, & hyssopū teris æquis ponderibus: & ficus siccos contusos sub duplo pondere cōmisces, mellis quippiam adiiciendo, idipsum operabitur, ut apostema ex interioribus ad maturitatem procuretur.

Aliud

Aliud. Capparis corticem in aqua elixa,& cum uino commisces,& cataplasma facis.

Aliud. Irios Illyricę puluerem,cum hordei farina in mellicrato coques,& uteris.

Aliud. Guttam Ammoniacam teres, & similiter cum farina hordei in aqua cocta adhibebis. Hoc & alumen, scissum,cõtusum,cum hordei farina faciet.

AD AVRIVM DOLOREM.

Ex Apuleio.

HErbæ symphoniacæ succus tepefactus, in aurem instillatus, aurium dolorẽ mire tollit,etiam si uermes fuerint,necat.

SI AQVA IN AVRES INtroierit,ex Apuleio.

MErcurialis succus tepidus in aurem instillatus,mox liberabit.

AD AVRIVM DOLOREM & uitia. Ex Apuleio.

MEntastri herbæ succus cum uino austero mixtus, & in auriculam coniectus, uermes natos necare creditur.

AD DOLOREM AVRIVM.

Ex Apuleio.

HErbæ proserpinatæ succus tepefactus & auri instillatus, dolorem mirifice discutit,id quod etiam ipsi experti sumus,tam potenter

tenter inquam proficit, ut & ulcera quoq; aurium sanet.

PRO IIS QVI MINVS audiunt. Ex Apuleio.

HErbæ cynoglossæ succũ ex passo & oleo tepefacto in aurem stillato, mire sanat.

AVRIVM DOLORIBVS succurrendis. Ex Apul.

HErbæ Betonicæ recentis folia, uel per se, aut in aqua madefacta, deinde adiecta rosa liquida tepefacito, & in aures stillato, lanaq; spissato, mire proficere creditur.

AD PAROTIDAS. Ex Apuleio.

HErba plantago cum axungia ueteri, pista & imposita, parotidas sanat.

DE PASSIONIBV AVRIVM, & primo de phlegmone uel dolore aurium. Ex Galeno lib. de facile parabilibus.

ALiũ partem intrinsecam, quæ est in forma amygdali, contere, & cum oleo calefacias, & infunde oleum in aurem.

Lanam succidam facias bullire in aceto, & funde in aurem, & de lana illa pone in aurem.

Recipe succum maligranati, non maturi, & iunge cum melle, & appone, aut succũ lentisci

tisci, aut paritariæ, & coquens utere, aut succi arnoglossæ uel lactucæ, utere similiter.

Opium dissoluēs in lacte mulieris instilla.

Radicum aphodilli munda, & pone cum oleo in uase uitreo, & expone in sole in æstate, & in diebus caniculariibus. xxxx. & utere.

Florem salis cū oleo rosato & aceto instilla.

AD AVRES SANIEM MANANTES, & doloroſas. Ex Galeno lib. de facile parabilibus.

SVccum porri cum melle miscens utere, Cedream dissoluens in pauco oleo nardino instilla.

Medullam uituli liquefaciens instilla.

Scoriā ferri leniēs in aceto acerrimo instilla.

Acetum & mel, & oleum ros. miscens & tepefaciens utere.

Lacertas paruas accipiens liquefac in oleo puro, & infunde.

Nitrum cum oleo rosa. permiscens infunde in aurem.

Elleborum album cum uino & aceto infunde.

AD EXTRAHENDVM sordem de aure. Ex Galeno lib. de facile parabilibus.

Nitrum coctum pone in aurem, & super instilla

stilla acetum, & appone lanam, & dimitte per totam noctem, in sequẽti uero die collue cum oleo calido.

AD SONITVM AVRIVM.

Ex Galeno lib. de facile parabilibus.

CEdream permiscens cum melle instilla.

Adipem uulpis dissolue & instilla.

Oleum nardinum tepidum instilla.

Cassiam ligneam cum oleo ros. instilla.

Aloe epaticum cum uino & melle, fac glutinis consistentiam, & instilla.

Acetum & oleum rosatum, & rutam leniens, cum melle utere.

Acetum acerrimum faciens tepidũ instilla.

Brioniam, & mel, & elleborum album, & oleum rosa. permiscens, & liniens, instilla.

AD DIFFICVLTATEM AVditus. Ex Galieno lib. de facile parabilibus.

ABsynthium coquens in aqua, collue aurem cum decoctione.

Capræ nuper occisæ accipiens cornu, imple urina capræ, & suspende in fumo nouem diebus & utere.

AD SVRDITATEM.

Ex Galieno libro de facile parabilibus.

Accipe

Accipe cepam & fac in ea cauitatem, & imple cum oleo, & succo ruthæ & succo radicis, & pone super carbones quousq; coquatur bene, & de illo oleo instilla in aurem.

Sanguinem capræ calidū instilla in aurem.

AD SCROPHVLAS ET parotidas, quę sunt apostemata secus aures. Ex Galeno lib. de facile parabilibus.

STercus bouis aut capræ coque in aceto, & appone.

Calcem melli aut oleo aut ádipe porci permiscens appone.

Farinam Irios & stercus columbi coquens in uino, appone.

Recipe axungię ueteris, seminis iusquiami picis, olei antiqui, stercoris citrini gallinæ, ana æqualiter appone.

AVRIVM VITIIS SVCcurrendis. Ex Quinto Sereno.

CVm sęuius teneras dolor alte sauciat aures.

Fraxinea in flāmis fundit (quē talea) succum,
Instillas, siue obscœnos ex uirgine rores,
Aut succū ex folio, dederit quē populus alba,
Sæpe chelidoniæ rapidum sociatur acetum,

Adiun-

Adiunctoq; nitro procedit cura salubris.
Mentastri liquor expressus conducere fertur.
Infectum uiolis oleum bene consulit auri.
Annosa rubros si legeris arbore uermes,
Ex oleo tere, sic tepidos infunde dolenti.
Si uero obtusa sensus remoretur in aure,
Lumbricos terræ, seuumq; ex ansere rauco
Excoque, sic uetere poteris depellere morbū.
Felq; bouis surdis etiam prodesse loquuntur,
Si iungas olidæ graue quod minxere capellę.
Proderit admisto pauidi fel muris aceto.
At si lympha nocens peruaserit, anseris aptus
Immittetur adeps ceparum non sine succo.
Qui grauis est oculis, sensū tamē auribus au-
Vis & Phœbigenę diuinā discere curā. (get.
Sitq; uel annosis confecta doloribus aures,
Allia tum septem numero, septemq; lupinos
Punicea dabis in testa, tū Delphica frons his
Addatur, misto totum feruescat aceto,
Doctus eris tepidos illinc immittere rores.

DE AVRIBVS, EX MACRO.

Absinthium.

Decocti uapor, abstrusas liberat aures,
Auris depellit sonitum cum felle bouino.

Allium.

Anseris huic adipem iungas, tepidūq; dolēti
Infundas auri, præclare subuenit illi.

Plantago.

Si porcina uetus inungitur illi,
Parotidas, uulnusq; recẽs hoc adiuuat unguẽ

Ruta.

In corio malogranati si tepefactum
Auribus infundas, depelles inde dolorem.

Betonica.

Illius succus roseo infusus oliuo,
Auribus infusus, uarios fugat inde dolores.

Acidula.

Auribus expressus succus si funditur eius,
Adiuuat auditum mire, pellitq; dolorem.

Cepe.

Fœmineo lacti commixtus succus earum,
Pellit sæpe graues infusus ab aure dolores.

Origanum.

Huius succus auribus infusus sedat cum lacte
Marrubium. (dolorem.
Auriculæ gramen dicunt curare dolorem,
Hunc mixtum roseo si fundas intus oliuo.

Hyssopus.

Auriculæ dicunt grauem curare dolorem,
Hoc mixtum roseo si fundis intus oliuo.

Colubrina.

Auribus infundens poteris sedare dolorem.

Helleborus niger.

Auditum reddit, si surdis auribus illud,

Imponas,& post biduum triduũq; repellas.

Verbena.

Parotidas reprimit adipe cõmixta uetusto.

Maurelia.

Dicitur auriculæ mire sedare dolorem
Illius succus,si sensim funditur intus.

Iusquiamus.

Aurbus infensus uermes succus necat eius,
Illarumq; solet uarios lenire dolores.

DE DOLORE AVRIVM EX Barbaris Scriptoribus.

SVccus foliorum cucumeris agrestis, dolorem aurium tollit.

Lignum fraxini uiride,pone in ignem, & liquorem qui summitate eius distillat, colli-ge,& impone,dolorem aurium sedat,& audi tum emendat.

Lumbricos tere,oua formicarum, folia ruţ, simul trita & bulliata in oleo,& unam gut tam olei illius tepidam,mitte in aurem,audi-tum amissum restituet.

Item in cepa,pone oleum & succum porri & absinthij,& lac mulieris, coque sub prunis & exprime,& pone unam guttam in aurem, & obtura cũ bombace,mane post sex horas, aperi,& uerte aurẽ patientem inferiorem, & munda leniter,optimum est experimentum.

In calida cauſſa, multum ualet lactuca emplaſtrata.

Stupa canabina, intincta in albo oui.

Lũbrici cum oleo roſ. triti & appoſiti.

Sola aqua cum lacte mulieris calida, emplaſtrata, efficax eſt.

Si lapilli, granũ, uel aliquid ſimile, cadit in aurẽ, apponat aliqua perſona os ad aurẽ, fortiterq; inſpiret, & diu, & poſt, fortiter ſugat.

Si uermis aurem intrauerit, inij ce ſuccũ corticis nucis, uel ſuccum foliorum Perſici.

Pomũ maturum Aromaticum, calefactũ, applica auri ex parte inferiori, qua adhæret arbori, aliquantulum apertum, mane inueniẽs ibi uermẽ totũ dilaceratũ in odorẽ pomi.

Oleum amygdalarum amararũ, & nucleus Perſicorum, multum aperit aures.

Cõtra uermes aurium, ſtilletur ſuccus abſinthij.

Succum ſemperuiuæ, oleum oliuarum, ſuc cum porri, lac mulieris maſculum lactantis, pone in ampulla uitri tribus diebus, & tribus noctibus aperto orificio, mire dicitur reſtaurare auditum.

Fel caprinum cum ſucco porri auri infuſũ, dolorem tollit, & auditum reſtaurat.

Fel caprinum, & lac mulieris temperatum cum

cũ melle & modica myrrha, sũma est medicina. Succũ semperuiuę coque in cepa cauata inter prunas, & succum expressum inĵce auri, & cepam superpone more emplastri, ualet mulum in utraq; caussa.

Succus origani cũ lacte mulieris, auribus infusus, tollit dolorem.

Succus hederæ cum oleo communi mixtus, auri infusus, dolorem tollit.

Procelliones scarabei, qui inueniuntur in stercoribus animalium, triti cum oleo ros. & calefacti in cortice mali granati, si oleum immittatur, & fex superemplastretur, dolorẽ aurium tollent.

Item si lapis uel granum in aurem ceciderit, impone remollitiua, & semper iaceat in aurem, & si declinauerit extra, tolle continuo, si autem clausis naribus, & ore prouoca sternutationem, si nec sic exit, pone uentosam auri cum igne. Iterato pone terebintinã, uel uiscũ in summitate baculi, & auri ei inhæreat, immitte & extrahe.

Succus cepæ cum lacte mulieris, mire dolorem placat.

Succus betonicæ tepidę iniectus, mire proficit contra dolorem aurium, & surditatem, & alia uitia.

Item adeps uulpis, dolorē auriū mire curat.

Succus foliorum lauri iniectus, auri surditatem, & sonos extraneos non sinit manere.

Oleum confectum cum cynamomo, summum est eorum, quę sanant dolorem auris.

Oleum in quo amygdala amara, trita, aut oleum iuniperi, aut oleum decoctionis cepārum aut raphani, omnia & singula, multum auribus patiētibus ex frigida caussa conferūt.

Vermes aurium interficiunt, succus absinthij, & succus foliorum Persicorum, aut succus cucumeris agrestis.

Axungia anguillæ cum succo cepæ, & Iouis barbæ inūciatur, & surditatem tollit.

Succus ysopi cum oleo mixtus, & auri tepidus iniectus, grauem aurium dolorem tollit.

Fumigium aceti calidi, multum aperit aures, & confert auditui propter suā subtilitatē.

Item tere oua formicarum, & per linteum cola, & adde succum polygoniæ, & auribus infunde, uetustissimam surditatem emendat.

Vrina pueri insusa, humorem aurium desiccat, & celeriter sanat.

Tere cepas, & cyminum cum oleo, & frige, & calidum appone, dolorem aurium tollit.

Ranarū adeps instillatus, auriū tinnitū tollit.

Adeps leonis, uel uulpis, aurium dolori, &

omni alij dolori multum ualet.

Succus cancrorum fluuialium, dolori aurium efficacissime confert.

Succus foliorum salicis auribus iniectus, aurium damnum emendat.

Axungia gliris animalis, auribus iniecta, damnum emendat.

Succus foliorum salicis, ultimus & efficax est contra dolorem aurium.

Recipe aluminis dr. 1. Castor. dr. 1. nitri dr. sem. coquatur in uino optimo, coletur, & illud uinum tepidum imponatur, uel emplastretur.

Fel leporis cum axungia uulpis liquefactū cum nardo, surditatem sanat.

Totum murem cum uino tritum, & cum nardo bibe, antiquum dolorem aurium mirabiliter sanat.

AVXILIA DOLORIS AVrium.

DEcoctum telarum araneorum in rosaceo, atq; infusum.

Anisum distillatum, & cum rosaceo infussum.

Pinguedo gallinarū uel anserū instillata.

VERMES AVRIVM perimunt.

Succus foliorum Persicorum. Saliua ieiuni hominis instillata.

Vrina caprina instillata.

AD AVRES OBSTRVCTAS ex coagulato sanguine.

Succus porrorum cum aceto instillatus.

SI EXTILLENT HVMOREM aures.

Succus absinthij infusus.

REMEDIA TINNITVS.

SVccus prassij instillatus.

Succus ceparum coctarum.

Suffumigatio fabarum decorticatarum in aures recepta.

Fomentatio saluiæ decoctæ in uino.

REMEDIA SVRDITATIS.

OLeum amygdalarum amararum instillatum.

Euacuatio capitis cum pilulis cochijs.

Fomẽtatio auris cũ decoctione Benedictę, taxi barbati, foliorũ uiolarũ, & consolidæ minoris. Adeps anatis cum granato dulci cõquassatus, & in uino coctus, addatur uice emplastri.

Succus coloquintidę cum oleo laurino.

Lixiuiũ ex cinere Valerianę & uerbenę, & aqua decoctionis tritici, cũ qua lauet caput.

Decoctio castorij quantitate unius lentis in oleo nardino, & instillata.

CVRA APOSTEMATVM calidorum in auribus, ex Barbaris omnibus.

PONantur in principio medicinę frigidæ, acetum rosaceum bullitum in aceto, usq; ad consumationem aceti.

Collyria alba cum lacte dissoluta.

Granata dulcia, cocta in uino, & trita, & imposita.

Vinum granatorum dulcium.

Albumen oui instillatum.

Succus corticum cucurbitæ instillatus.

In augmento ualet mucillago psyllij, semen fœnugręci, & aqua uolubilis.

Mucillago seminis citoniorum.

Mucillago altheæ & fœnugręci, instillata.

In statu cõueniunt reparationes, scilicet decoctio rosarum, camomillæ, meliloti.

Inunctio cum oleo rosarum, & nardino, si caliditas sit remissa, stilletur adeps uulpis, uel medulla bouina, adeps anatis, uel butyrum, uel medulla uituli, si sit cum sanie.

Recipe emplastrum ex farina ordei camomilla meliloto, althea, & cum oleo camomillæ, diaquilon, oleo de alcanna.

AD REMOVENDVM DOlorem in auribus.

VAlent trocysci de opio & castoreo in uino dissoluti, & cum lana molli impositi, oleum rosaceum, & amygdalarum in quo uermes terrestres sint bulliti.

Oleum de semine cucurbitæ.

Oleum nenupharinum.

Oleum de papauere aut mistura ex his.

Oleum rosarum & uiolaceum.

Lactuca asini, est res mirabilis.

Sief memithæ, cum modico opio.

Butyrum uaccinũ, antiquum, calefactum.

Solum albumen oui impositum.

Vermes terrestres bulliti ĩ oleo, & instillati.

Valet oleum de uitellis ouorum.

Succus parietariæ, id est, herbæ uenti.

Iusquiamus albus.

Sternutatorium ex foliis bliti.

Mundificatio capitis cum succo cyclaminis & aqua maioranæ uel uitæ.

Succus plantaginis iniectus ualet.

Tela araneæ alba cocta in oleo rosarum, & illita.

Apium cum oleo rosarum, myrti, & parum croci.

AD DOLOREM AVRIVM.

CAmphora cum modico opij.

Succus iusquiami cũ oleo uermes necat.

Mandra-

Mandragora cum polenta imposita.

Scarabei in boum uel equino stercore nidificantes, terantur cum oleo rosaceo, & calefac hoc oleum in corticibus granatorū, hoc oleū in auem mittatur, & sex foris emplastretur.

Succus foliorū salicis bulliti in oleo in cortice granatorum, & instillatur.

Succus solatri, Endiuiæ, plantaginis secundum necessitatem rei sic præparatarum.

Succus uolubilis, cum oleo rosarum, oleum Cinamomi.

Amygdalæ & oleum amygdalinum.

Gallia, dissoluta in oleo de Ben, uel de kerua.

Oleum de benedicta cū pinguedine anatis.

Oleum anethinum, & succus anethi.

Oleum de lilio Herculano.

Oleum scorpionum.

Oleum decoctionis araneæ & porcilionis.

Vrina capræ.

Vrina caprę cum myrrha subtilissime trita & instillata.

Spolium serpentis decoctum in uino, & tepide infusum.

Nota quòd Narcotica ibi non conueniūt, propter frigiditatē, nisi timeatur de syncopi.

Succus foliorum Persici interficit uermes.

Succus menthæ cum melle.

Ladanum

Ladanum, cum oleo rosarum mixtum.

Adeps collectus ex pulmone leporis, cum oleo rosarum.

Piscium pinguedo, sedat dolorem.

Fel uaccinum, cum oleo rosarum.

Vrina bubuli, cum oleo & myrrha.

Radix peucedani, cocta in oleo rosarum.

Oleum de baccis lauri, & de ben.

Adeps collectus ex pulmone uulpis.

Succus menthæ, cum mellicrato.

Succus foliorum cucumeris agrestis.

Adeps gallinæ cum cepa mista.

Oleum de radicibus raphani.

Taurinum fel.

Fel apri, in cortice maligranati calefactum.

Oleum lumbricorum.

Succus aphodillorum mixtus cum thure, myrrha uino & melle.

AD APOSTEMATA AVRIum frigida.

VAlet granatum dulce in uino coctum, demum totũ simul teratur, & emplastretur

Nota tamen quæ apponuntur in aurem, neq; calida nimis, neq; frigida debent esse, sed temperata.

Valet oleum de spica.

Oleum de absynthio.

In statu

In statu ipso oleū amygdalarū amararum.

Omnia olea calida & sicca, sed nō excessiue.

Adeps gallinę, anseris, anatis, medulla cruris uituli, & est expertum.

Succus uuæ draconteæ domesticę, mixtus cum oleo & instillatus.

Galbanum cum oleo de lilio.

Succus prassij mundificat.

Succus prassij cum oleo de sambuco.

Succus canabis & oleum eius.

Oleum decoctionis dragonteæ in cepe cō-cauo iniectū, dolorem à frigida caussa tollit.

AD DOLOREM AVRIVM ex frigiditate.

ABsinthium cum rob uini coctum.

Oleum bullitū in cōcauata radice aphodillorum, & tepidum iniectum.

Cinis communis ligatus impetu & calidus applicatus, dolorem tollit.

Radix cuiusq; lapacij, uel semen eius coctū in uase duplici bullitum cum modico uini, & in aurem instilletur.

AVRIVM APOSTEMATA dura.

REsoluit apostemata frigida, succus corticis arboris mali, cum nitro & butyro tritus.

Semen

Semen lini.

Ficus siccæ, coctæ cum ruta.

Semen Glauci cum resina & cera.

Item limaciæ quando cum cortice suo terantur.

Emplastrum cum ficubus siccis tritis, & coctis cum Ireos, & nitro.

Farina fabarum mista, cum farina fœnugræci, & melle.

Idem facit farina ciceru albaru orobi triti.

Limatiæ tritæ cum aloe & myrrha & olibano, in forma emplastri.

CONTRA PASSIONES aurium.

PRimo, cõtra dolorem aurium interiorem ualet decoctio aranearũ albarum, habentium grossas telas, unà cũ oleo ro. indistillato.

Ad idem ualet anisum distillatum, ut oportet, id est, præparatum ad distillandum cum oleo ros. instillatum.

Ad idem ualet sepum gallinarum, seu anserum, auribus instillatum.

Ad idem, quando dolor uenit de uermibus in auribus, ualet succus foliorum Persici instillatus.

CONTRA VERMES IN auribus.

Valet

Valet saliua ieiuni hominis instillata auribus.

CONTRA DOLOREM aurium.

Valet urina caprina instillata.

CONTRA SANGVINEM coagulatum in auribus, ex quacunq; caussa extrinseca, sicut à casu, percussione, uel sagittam.

VAlet succus porrorum cum aceto in auribus instillatus.

CONTRA HVMIDITATEM ex auribus distillantem.

Valet succus absynthij instillatus in auribus præsuppositа purgatione capitis & corporis, cum pillulis aureis, cum gargarismatis uel cum sternutationibus suprascriptis, uel cum alijs appropriatis.

CONTRA TINNITVM aurium.

Valet succus prassij, uel aqua decoctionis ceparum in auribus instillatus.

IN TINNITV AVRIVM.

Recipe fabas excorticas, quod si uis decoque in olla uitriata cum aqua, & dum cœperit bullire, cooperi cum clepsidra, & ascendente uapore

uapore per cannã clepsidræ appone ad aurem tinnientem, ut uapor subintret, & sæpius hoc iteretur, quousq; sanaberis.

CONTRA SVRDITATEM.

Valet oleum amygdalarum amararum instillatum in auribus, supposita cordis & capitis euacuatione.

Ad idem, quando talis surditas est cum dolore ad modum apostematis, ualet suffumigatio auris cum decoctione gariophilate uel benedictæ quod idem est, tapsi barbati foliorum uiolarum, & consolidæ minoris, & debent ista decoqui in aqua in uase terreo cooperto, quod uas sic cum herbis prædictis coctis, auribus superponatur.

Ad idem, ualet adeps anatis cum granato dulci conquassato, & in uino cocto, quæ adinuicem mixta, auribus adplicentur, per modum emplastri.

Ad idem, ualet succus coloquintidæ uel agnicasti cum oleo laurino instillatus.

Ad idem, quod somniauit unus surdus, & profecit sibi, recipiatur uerbena & ualeriana, desiccatæ, ex quibus combustis, colligatur cinis de quo fiat lixiuium, cum aqua decoctionis tritici, quo lixiuio lauetur caput, & tritici quod supereſt conquasſetur, & capiti superponatur

ponatur, per modum emplastri.

Ad idem ualet decoctio castorij ad quantitatem unius lentis, cum oleo nardino, in auribus instillati.

CONTRA Glandulas circa aures.

Valet leuis scarificatio loci patientis, deinde superaspergatur puluis arthimesię, uel puluis prassij.

NARIVM RE MEDIA. EX DIOscoride. Sectio 18.

	Lib.	Cap.
CVpressi pillulæ tusæ cum fico, narium polypo medentur.	1.	100.
Seminis dracunculi parui succus, naribus ex lana impositus, polypum absumit.	2	184.
Hederæ foliorum succus instillatus, putrida tædia narium, graueolentiamq; emendat.	2	199.
Laser polypos curat, si aliquot diebus cū atramento sutorio, aut ęrugine illinatur.	3	93.
Flos æris carnosa nariū uitia absumit.	5	79.
Sandaracha narium ulcera curat.	5	115.

AD SANGVINEM DE naribus ejiciendum, ex Plinio Valer. Libro 1. Cap. 27.

Nepetæ succus, naribus supine infundit.

AD PROFLVVIVM NARIum, ex Plinio Val. Lib. 1. Cap. 26.

PLærunq; euenit ut ex naribus, is modus sanguinis profluat, qui nisi reprimatur, adfert mortem. Necq; aliter exiliat q̄; solet è uena percussa erumpere. Occurrendum est itaq; uelocissimo periculo, & magno impetu, & subito sæuienti, in hoc itaq; casu, porro sectiuo trito nares obdurantur, ruta trita æque reprimit, in manibus indita. Eodem modo & radice urticæ utendum est.

Semen urticæ cum lana succida coicitur in nares, cum oleo rosaceo, & auriculæ lana succida spissæ obturantur, & ita sanguis continetur.

Coagulum agninū mirifice facit, ex aqua subactum & infusum.

Adeps anserinus cum butyri pari pondere, ingeritur pastillis.

Prosunt cochleæ contritæ, & fronti illitę.

Anguinæ pellis cinis intritus naribus, uel hæmorroidibus impositus, sistit, uel idem cinis in aqua calida potatus. Prodestq; sanguisugis tribus suffumigare.

Testæ ouorum unde pulli exeūt, leuiter tostæ, & in puluerem redactæ, per triduum naribus insufflantur, ac statim sanguinē sistunt.

Si

Si auris, cæra concluditur ea parte qua sanguis fluit, restringitur.

Spongiæ combustæ cinerem in ipsam narem mittes, & stringit.

Stercoris itē asinini pulli cinis, naribus insufflatus, & idem porri sectiui triti, naribus opponuntur. Ventosam in uertice uel in hepate apponi, utile est.

Medulla nucis quæ nucleum diuidit, comburitur, eiusq; cinis naribus insufflatur.

Fimum equinum dum recens est, cū fimo conteres, adiunges picē uirginē, & teres ut unum corpus fiat, postea frōti illinies, & in collum ac ceruicem pones, mox clauduntur uenæ fluentes.

Fimi porcini ʒ unam, thuris masculi semiunciam, trita ex aceto, frontem illinies, & iam impetum oculorum prope sanat.

Narium gallulam teres, & puluerē eius per fistulam in narem insufflat.

Linteo item exusto, narem claudis.

Et item raphani radicis succū in aurē mittes, ex ea parte qua defluit, & lana claudis.

De porro uirgine facies collyria, & in narē mittes. Itemq; glutem taurinū liquabis cum aceto, & fronti illinies. Dicitur prodesse qui hoc malo uexabitur, ut osculeť nares mularū.

AD STILLATIONEM nariũ ex humore. Ex Plin. Val. Lib. 1. Cap. 28.

CInis testarum ostrearũ, in cibo pane colligitur in modum salis.

Porri capitati folia cruda, sine pane ędunt.

Canina corrigia nunc̄ꝫ uncta, cuilibet digito in manu circumligatur.

Ostreæ cum sua testa, ita ut eiectæ sunt in carbonibus coquuntur, & in cibo dantur.

Oleum calidum eunti dormitum in cerebrum infunditur, & in nares conn̄citur.

In manu dextra duo digiti medĩ, lino alligati, inter se destillationem compescunt.

Ocimi semen tritum, naribus immissum, destillationem minuit, & sternutationē facit.

AD VLCERA NARIVM ET omnia uulnera uetustissima, ex Plin. Val. Lib. 1. Cap. 24.

ARistologiæ puluerís drachmas triginta, galbani uiginti duo, cæræ uiginti, mannæ thuris decē, therebynthinæ quinquaginta, yo septem, olei ueteris drachmas sexaginta, sicca humectes, & misceas, utarisc̄ꝫ in omnibus ulceribus.

AD graueolentiam narium, polypumue, ex Plin. Val. Lib. 1. Cap. 25.

Graue

GRaueolentis naribus sic subuenitur. Succus hederæ colatus, naribus infundi tur.

Aristologiæ succus cum Cypero uel dra conteæ semine, cum melle pari pondere, nari bus inditur. Hoc etiam si καρκινώματα sint, emendat. Dicitur etiam prodesse ei, qui hoc malo uexabitur, ut osculetur nares mularum.

Costum in puluerem redactum mittes, & cum melle mixtum, pennaq; induces.

Caricæ contritæ, & in olla noua cum pu sca decoctæ, emendant fœtorem, supsæ suc cus cum melle immittatur.

Ad polypum. Examinis rubei limaturæ unciam unam, amoniaci duas, aluminis ro tundi, aceti acri cotilas sex, siccabis, teresque cum aceto diligenter, & mittes in pyxidē ære am, & agitabis de uirga ærea in sole usq; dum siccetur. Deinde teres diligenter in mortario: post hæc repones in uase fictili. Quando au tem curabis, mittes de puluere in pennam uel in cannam subtilem, & inflabis in aures, ita ta men ut os eius prius aqua frigida implea tur.

Mense uero Decembri curare incipias ita.

Per dies tres, & uino & carnibus, & frigi dis abstineat, & quarta die non cœnet.

Quinta uero accipiat geramantigonis. Post dies autem tres purgabis caput eius sic. Ieiunus per triduum mastícæ cõmastícet, & quũ iam expuere cœperit, addes ei staphisagriæ granum unum, & post modicum alerum, deinde tertium, ad ultimum, quartum. In die autem secunda incipies ab uno per ordinem usq; ad quintum, hoc quoq; tertia die & quarta facies, istis quoq; diebus à carnibus & uino abstineat. Quinta uero die rades ei caput, & unges à media fronte totum caput medicamento hoc: Acatiæ unciam unam, aluminis scissi semiunciam, nitri Alexandrini semiunciam, cæræ semiunciam, mannæ thuris denarios nouem. Hæc teres cum aceto usq; ad spissitudinem mellis, & unges caput, & post dies uero tres hoc ipsum facies, & sic curare nares incipies.

Ad narium grauem olentiam. Draconteę succus cum melle infunditur: quæ res etiam ceromata sanat.

Betonica in olla noua cocta, naribus instillatur, & ipsa herba trita, parum salis adiicitur: inde quantum duobus digitis tollitur, collyrium formatum naribus infunditur.

Si quis agrimoniam manducauerit, ut nõ oleat, aut aliqua alia olera, coriandri radices

uiri

uiridesue siue siccas masticet pulegiũ.

Item & apiũ semen æqualia commasticet.

DE NARIVM MORbis, ex Octauio Hor. Lib 1. Cap. 11.

OZenis, & Polypis, uno eodemq; modo cura adhibenda est. Constringendus in primis est, detonsis capillis reumatismus. Post rasuram uero, emplastrum diatheon, aut barbarum.

Et de cocleis simile est adiutorium: Accipis cocleas minutas, albas numero ducentas, intritas, admisces myrrhæ, & thuris masculi uncias singulas, pro cataplasmate raso capiti diebus nouem permansurum.

Naribus uero specialiter sic medeberis.

Succum nepitæ frequenter infunde, aut eiusdem siccatæ & contusæ puluerem, per cannalem exufflato: aut batrachij herbæ succum cum melle commixtum.

Et succus rosarum, contusus cum pinguedine, item prodest.

Sic Irios Illyricæ, & Sandaracæ pulueres, ex æquo cum melle commixtos adhibebis.

Polypis itaque eminentibus, æris florem & synopidem ex æquo cõburis, & ex eo puluere, sanabis loca.

Et cornu ceruini combusti puluis, cum sandaraca, similiter spargendus est.

Sic Brioniæ herbæ radices combustæ, sic auri pigmenti puluis cum melle.

Ego uero sic è naribus polypos cecidisse, probaui. Puluere ex calchite, admixto eris flore, æqua ponderatione confecto.

DE FLVXV Sanguinis narium, ex Octau. Horat. Lib. 1. Cap. 12.

PRimum instrato melle, in extremo baculo molli lana obuoluto, glebas sanguinis è naribus purgare nos cõuenit, post lana idẽtidem obturando procludere.

Aliud. Linteolo combusto, & infuso in acri aceto, aut in succo polygoniæ herbæ, aut cymæ, uel porri sectiui similiter. Si perseuerauerit, sine mora flebotomandus erit, & simi asini combusti puluere, cum oleo roseo mixto, collyria facta supponimus.

AD sanguinẽ naribus profluentẽ, ex Apul.

HErba quinquefolium pota uel illita, restringit mire.

Herba ruta frequentius odorata, sanguinẽ de naribus mire restringit.

AD NARES GRAVEolentes, ex Apuleio.

Herbæ hederæ succus mundissimus, cum uino stillatus, medetur.

EX MACRO POETA.

Vrtica.

Naribus impositus succus foliumue cruorem
Elicit, innata est illi uis tanta caloris.

Ruta.

Naribus expressus si succus funditur eius,
Sistit manantem bene desiccando cruorem.
Curat & ozenas immissum naribus, hęc sunt
Quæ grauiter fętent in naribus ulcera nata.

Aloe.

Si soluatur aqua iuuat apostema labrorum
Et naris super appositum.

DE PASSIONIBVS NARIum, & primo de polypo & ozena Ex Galeno libro de facile parabilibus.

SQuãmæ æris dr. viĩ. uituli, dr. semis sandarace, dr. iiĩ. hellebori nigri, dr. ĩ. tere & insuffla.

Vitriolum leniens cum aceto unge.

Corticum granatorum dr. xvi. fellis tauri amomi myrrhę calamenti, prassĩ, añ. dr. viĩ. croci, dr. ĩ. hellebori albi, dr. ĩ. utere sicco.

AD VLCERA NARIVM ex Galeno li. de facile parabilibus.

Recipe litargirĩ dr. iiĩ. rutæ recentis aluminis scissilis añ, dr. ĩ. assume cum oleo myr-

tino & aceto.

Recipe ceruſæ dr. i. lytargyrñ dr. iiñ. ſcoriæ plumbi uel plumbi combuſti dr. iij. omnia lauentur & aſſumantur cum oleo myrtino.

AD PHLEGMONES INTRINſecos naſi. Ex Galeno libro de facile parabilibus.

Adipem anſeris, permiſce cum ſucco porri & ſolatri, & ungebis in die.

AD EXTRAHENDVM SANguinem de naribus, ex Galeno libro de facile parabilibus.

Mentam permiſcens cum melle, & faciens licium, appone in naribus.

Florem graminis appone.

Rubeam tinctorum cum oleo accipe, & unge nares.

AD FLVXVM SANGVInis narium, Ex Galeno libro de facile parabilibus.

Rutam tere & aſſume cum oleo, & pone in narem.

Gummi Arabicum, & olibanum terens & permiſcens cum aceto, appone.

Spongiam combuſtam permiſce cum pice & utere ſicut licinio.

Lanam inſundens in albumine oui, pone

in

in facie & fronte.

Lanam infunde in succo polygonię, aut so latri, & appone.

Fabarolas miscens cum aceto, appone in naribus.

Rutam terens, appone cum aceto.

Corticem oui combure, & accipe de eo par tem. i. & de galla partem semis & insufla.

Litium appone.

Fabarolam cõburens insufla cinerem eius, aut exprimẽs fabarolas, instilla succũ earum.

Lapidem molarem igniens, extingue in ace to, & da recipere odorem.

Recipe olibanum & aloen, & assume cum albo oui, & fac licinium, & appone & super pone pilos leporis.

Ventosam magnam pone in hypocũdrio secundum rectitudinẽ naris pacientis. Opor tet autem & his quæ stipticant, & prohibere possunt impetum sanguinis uti, sicut frõtem infundere epar spongijs infusis in oxicrate, & uentosam apponere in occipitio cum scarifi catione, & aures fortiter opilare, & præputiũ ligare in masculis, in mulieribus uero pupillã mammillæ, aliquando etiam confert phlebo tomia & incisio uenę quæ est in fronte.

DE FLVXV SANGVINIS

narium

narium, ex Barbaris scriptoribus promiscue.

Succus stercoris porcini expressus, in naribus sanguinem stringit.

Caue, ne aliquid, puta cingulum, stringat corpus, & teneatur plena manus de herba sanguinaria, siue bursa pastoris, quod idem est, & fixe aspiciatur solis aspectus, retinet sanguinẽ. Idem dicitur de Verbena.

Succus morellę ponatur contra epar, si fluat à dextra nare, sin autem supra splenem, sanguinem stringit.

Puluis fabæ decorticatæ impositus, sanguinem retinet etiam de uulnere.

Medietas fabæ posita super uulnus, solidat uulnus & sanguinem retinet.

Lapides frigidi positi super temporum uenas, & bene pressi retinent sanguinem.

Succus rutæ naribus infusus, retinet fluxũ sanguinis.

Succus urticæ naribus infusus, facit fluere sanguinẽ, fronti aũt illitus fluxum stringit.

Millefolium odoratum uel bibitum, retinet, immersum prouocat.

Item, lapis Iaspidis portatus & applicatus, retinet.

Cinis foliorum radicis rutæ, naribus insuf

flatus

flatus mirè sanguinem stringit.

Sanguis ipse fluens combustus & pulueri-
satus, naribus insufflatus, mirè sanguinē strin
git, uulnera solidat.

Si fluat à siniſtra nare, pone uētosam supra
splenem, si à dextra, super epar.

Si mulier est, eadē ratione pone super mam
millam.

In mulieribus ponatur stupa intincta in al
bumine oui, super mammilla partis fluentis,
uel cum succo morellæ.

Emplastra testiculos cum argilla & aceto,
& albumine oui, statim confert.

Iaceat supinus & totus nudus, & distilletur
super faciem eius aqua frigida cum aceto.

Si infundantur pili leporis in aqua & ace-
to, & immittatur, est mirabile.

Sanguis uaccę superpositus uulneri, statim
sanguinem stringit.

Sanguis uero ustus plus ualet.

Cinis cornu uaccæ iniectus retinet cito.

Puluis factus de atramento, superpositus
uulneri cum cinere radicum filicis sanguinarij
stringit & uulnera sanat.

Cinis ranæ combustæ, in olla bene sigilla-
ta, retinet fluxum sanguinis, & de uulneribus
sedat, solidat etiam uenas & arterias & com-
bustiones.

Sanguis

Sanguis turdi perdicis & columbæ & turturis impositus, sanguinem de uulnere fluentem saluberrime sanat.

Vrina hominis cum cinere uitis emplastrata, sanguinis fluxum retinet.

Cinis filtri combusti, cum puluere thuris albi, exitus, inflatus, sanguinis efficaciter sanat & stringit.

Mastica radicem urticę donec possis transglutire, & absq; dubio stringetur sanguis.

Puluis rasuræ cacabi uel sartaginis, tritus cum succo urticę, confectus & immissus in naribus, statim retinet sanguinem.

Gypsum combustum, & cum pilis leporis tritum, & cum albumine oui emplastratum, sanguinem retinet, etiam de arteria.

Quædā herba quæ uulgariter dicitur candela, trita, posita super ramos mammillarum sanguinem retinet undecunq; fluat.

Est autem herba quę habet stipites quadratos & cauas, folia autem aliquantulum spinosa & mollia, & cū frangitur multū lac emittit.

Cinis ranę combustę positus super sanguinis locum, statim retinet fluxum eius.

Fimus apri recens præcipuum est remedium contra fluxum sanguinis narium.

Succus fimi asini, naribus iniectus, uel uul

neribus

neribus, fluxum sanguinis & etiam uenæ arteriæ stringit omnino. (stringit.

Pentaphilon bibitum & illinitū naribus, Cinis plumarum gallinæ insufflatus stringit sanguinem.

Succus radicis uiolarum mastice transglutitus sæpe, statim sistit uulneribus fluxum.

Cinis urticę insufflatus naribus, statī ualet.

Item lumbricos tere, cum thure albo, & albumine oui, statim ualet.

Folia prumulæ trita, & imposita, omnem fluxum sanguinis stringunt.

Corticem medullæ capri solij, & rasuram raphani impone, ualet.

Cepa sola imposita satis prodest. (sturcij.

Si uena rūpatur īterius, bibat de semine na

Adipis, boli, partem unam, gummi sarracenici partem alteram, draganti tertiam, cum uino ueteri fac pilulas & da bibere.

Argillā cōfice cū aqua rosata, & aceto & fac emplastrū, supra cętera statim retinebitur.

Simphytum & bolum, añ. puluerīza, da cum aquā pluuiali mane per tres dies.

Pili leporis triti, & cōsecti cū albumine oui & superposīti omnē fluxū sanguinis stringūt

CONTRA PASSIONES Narium, ex Barbaris.

Stercus

Stercus asini combustum, uel plumæ combustæ, & ipsis naribus suffumigatæ.

Ad idem, ualet in uiris suspensio genitaliū in aceto, & in mulieribus suspensio mamillarum in aceto, sicut prius.

Ad idem ualet puluis lapidis lateris, de quo fiunt muri, in aceto forti positus, in quo intingatur lintheolum, & temporibus & nuchę seu occipitio frigidum applicetur.

Ad idem ualet bursula pastoris, id est, sanguinaria compressa, inter digitos & naribus apposita seu intromissa.

Ad idem ualet puluis camphorę, cum succo sanguinariæ, uel magdaliones facti ex tali puluere.

Ad idem ualet attramentum puluerizatum naribus insufflatum. Et ad idē ualet gypsum quod est in terra Gallicana, cementū cum aceto fronti applicatum.

Ad idem ualent carabæ puluerizatæ, & cū aceto temporibus & nuchæ applicatæ.

Ad idem, contra fluxum sanguinis dissyntericum menstruorum & Hemorrhoidarum. Recipe testas ouorum in numero quinq, cancros desiccatos in furno in numero semis, salis dr. ij. sanguinis draconis dr. iij. stercoris boū, uncias. iij. ficos siccas in numero v. stercoris

asini

asini & porci, ambo in tegula combustis, filtri combusti añ. ʒj. limaturæ eboris dr. ʒj. misce, & potest addi zuccarum.

Ad idem ualet phlebotomia saluatellæ manus dextræ, uel uenæ basilicæ in brachio dextro, facta, ut oportet.

Ad idem ualet resolutio continui in auriculæ minori, id est est, in cartilaginæ auriculę, seu incisio eius, sic ꝙ ex ea extrahatur sanguis qualicunꝙ modo.

Ad idem, præsertim quando talis fluxus sanguinis narium uenit à uelaminibus cerebri, ualet cerebrum gallinarum.

Apostemata calida & frigida nasi, curant:

Aloes cum aqua lota.

Succus Prassʒ instillatus.

Litargirium cum oleo rosarum mistum.

Lignum granati.

Conferunt omnia quæcũꝙ in bothor aurium.

Mucillago radicis lilij, cocta & trita cum pinguedine porci, & oleo amygdalarum.

Mucillago psilij, albumen oui, & mucillago citoniorum.

POLYPVM NASI REMOuent.

PRrimo facta purgatione, unge tribus diebus locum cum oleo calido bis, deinde

extrahe cum tenaculis, uel uncinis, uel liga ipsum, & incide, inde cauteriza locū, & appone butyrum, deinde mundifica & incarna.

Vitriolum, carnem malam remouet.

Succus dragonteæ immissus in nares.

Idem facit eius semen.

Item, puluis de prædicto semine & radice, oleum in quo bullita sit dragōtea, immissum in nares.

Nux cupressi fortiter trita cū ficubus, & cū lixiuio naribus immittatur.

Recipe foliorū uitis albæ ʒ iij. mannæ, id est, thuris, calchanti, olibani calchitidis, quæ est species uitrioli, aristologiæ añ. dr. iij. tere tū, donec fiat siccū, & utere, diuina uirtute sic catur.

CONTRA GROSSITIEM NARIUM, quæ est in cartilagine inferiori narium, cum rubeo colore, quod prouenit à fluxu humorum rheumatico, de capite.

VAlet uinum decoctionis olibani, sero bibitum, uel cottidie continuatum.

Ad idem ualet, scarrificatio talis superfluæ carnis in extremitate nariū cū phlebotomo, more solito in alijs locis, & postea supra aspersio puluerisericij combusti supra locum patientem scarrificatum.

Ad

Ad idem, unà cum prædictis, ualet in sero caprino, quinq; uel sex grana olibani, uel pilulæ de olibano sumptæ.

DE LABIORVM REMEDIIS.

Sectio decimanona.

AD OS ET LABIA EX Plinio Val. Lib. 1. Cap. 35.

OS album & tenerum ne rugosum fiat. Farinā candidā, lacte & oleo aspergito, & inde quū dormitū ibis, labra subungito.

Labia si fuerint rupta, pulegium & acetū miscebis, & maxime quum dormitum uadis, exinde tanges.

DE ORIS, LABIORVM, gingiuarum que uitijs, ex Plinio Val. Lib. 1. Cap. 29.

SEpiæ ossa in cinerem redacta & ori inspersa uitia emendant.

Cocleæ uacuæ cineres cum myrrha teres, & sparges, uitia oris emendat.

Sinapis item semē uel raphani ex uino decoctum, & obuli unius pōdere datū emēdat.

Herba ciclaminis trita, trociscos facies, & ex his quum opus est ex aceto ad crassitudinē mellis illitum, reprimit & sanat.

Seuum bouis uel uituli cum adipe anserino, uel fissuras gignit.

Oris saporem emendari quidam affirmāt, murino cinere cum melle si fricentur dentes, alioquí uero admíscent, maratri radíces.

Nero quoq; ante somnos colluere ora, propter halitum fœtidum, utile dicit.

Folia fagina commanducantur aduersus gingiuarum & labiorum uitia.

Aeque & folia rubi, in quo mora nascunt.

Eiusdem generis rubi teneri & pampini de coquūtur ex uino ad tertias, id q́ue uinum in ore continetur.

AD FOETOREM ORIS, EX Plinio Val. Lib. 1. Cap. 33.

PVlegium & serpillum siccum, uel origanum cum melle manducatum, bene facit.

Dormítum uadens, aceto bono lauet, masticéq; & uino suaui os colluat.

Arboris pruni folia cum uino coques, succum ex eo intra os tenebis.

Si halitus fœtet, quum dormitū uadis, cyathum aceti boni per partes sorbeat: hoc & in coctionem facit, & si mane inde sorbeat, prodest.

Radícem quinquefolij ex aqua decoques, & subinde os collues, ita ut in ore aqua diu teneatur.

Ser-

Serpillum item herbam, quæ Gallice dicitur laurio, ieiunus diu commanduces.

DE LABIIS CREPITANTIBUS, ex Oct. Hor. Lib. 1. Cap. 17.

GAllæ tunsæ puluerem, resinæ terebinthinæ lympidæ admisces, & uteris cum emplastro ueteri, seu hyssopi ceroto, cum melle, aut adipibus caprarum, colatis tãtummodo.

Aliud. Sulphur uiuum, morum, & thus masculum, ex æquo succo herbæ paritariæ commisces: & sic trociscos conficies, quos cũ aqua resolues, & linies.

Aliud. Mel terebinthinum, adipem anserinum, oleum roseum, hæc omnia ex æquo mixta teris.

Si odor insuauis oris fuerit, pusca frigida os frequenter colluere oportet, & cymolię pulueribus, cum salibus tostis, simul mixtis, & tusis, dentes & uicina loca fricare.

Aliud. Hordeum, & sal, in lintheolo collectum, comburis æquis ponderibus, & teris, & cum melle commisces, & mundas.

Siligo, cum Illyricæ puluere similiter commixta, operabitur. Aliquoties etiam cum uino melius commiscentur.

Masticare autem his conueniet, aut arboris pini folia molliora, aut anetum, aut glicir-

rhyzan, aut herbam quæ Sonchora appellatur.

Sed & cornu ceruini combusti puluis, & fœtorem oris, & dentium semper compescuit imbecillitatem.

APOSTEMATA LABIORVM, ex omnibus Barbaris.

PRæmissis canonicis purgationibus, appone oleum rosarum.

Oleum myrtinum.

Succum arnoglossæ, ex ijs fac unguẽtum.

Aloe lota cum aqua, ualet.

Cæra intemperata cum rosaceo, uel uiolarum oleo, & illita.

Emplastrum cum melle & cicere.

Litargyrium cum oleo rosaceo mistum.

Nodus labiorum non aliter curatur quàm per excisionem cum nouacula.

CONTRA PASSIONES LABIORUM, ex Barbaris.

PRimo contra fissuras labiorum, ualet puluer antherę, id est, seminis rosarum, cum mucilagine dragaganti, in aqua rosacea preparati, quo liniatur ipsa fissura labiorum, & continuetur.

Ad idem, ualet mucillago dragaganti, sic cum

cum aqua rosacea præparata, qua liniatur ipsa fissura.

Ad idem ualet oleum amygdalarum dulcium, aut succus earum, ad partem patientē adplicatum.

Ad idem, ualet mucillago dragagāti prædicti, id est, modo prædicto facta cum puluere amili, fissuræ apposita.

Ad idem, ualet sordities illa cholerica, quæ solet esse in auribus, ad fissuram prædictam adplicata.

Ad idem, ualent amygdalæ recentes, inter digitos bene compressæ, seu contusæ, ad fissuram adplicatæ.

DE SCISSVRA LABIORVM ex Galeno, Lib. de facile par.

GAllam omhacinam terens, assume cū resina terebinthina, uel hysopo, & melle, unge.

Ad magnas uero & profundas scissuras, unge prius locum, & absterge cum pinguedine capræ.

Recipe pinguedinem anseris, & mel, & terebinthinam, aā. æqualiter, & adde florem rosar. & hysopum siccam & masticem, & fac unguentum.

AD FOETOREM ORIS, EX Galeno, Lib. de facile parab.

RAdicem Ireos infūdes in uino antiquo & odorifero, collue os frequenter, retinendo in ore paruo tempore.

Lauri sicci, piperis, seminis selini, añ. æqualiter misceantur cum melle, & da cochlearium unum.

Serpillum infundēs in uino, collue os, quidam autem colluunt os cum uino forti, cum myrrha, & squinantium terentes, fricant easdem partes, alij oleum assum, permixtum cū melle & sale, alij spicam & myrrham cum melle, alij autem masticant anisum, & liquiritiam, & Irim, & nucem muscatam, & folia lauri, uel aliquid tale quum obambulant.

ORIS MORBI REMEDIA, EX PLINIO Secundo. Sectio 20.

Lib. cap.

20. 5 CEpæ commanducatæ cum pane.

20. 9. Brassica syluestris manducata.

Ibidem. Eadem cocta, succo cum melle gargarizato.

20. 11. Apij semen in frigida tritum.

	Lib.	Cap.
Pulegium in uino tritum.	Eo.	14.
Radix capparis in aceto decocta.	Eo.	15.
Gith seu melanthion tritũ uel manducatum.	Eo.	17.
Portulaca, cruda comanducata.	Eo.	20.
Maluarum succus cum melle.	Eo.	21.
Succus rosarum gargarizatus.	21.	19.
Amurca.	23.	3.
Eadem in cupreo uase decocta ad crassitudinem mellis.	Ibidem.	
Collutio facta de oleo oleastri.	Eod.	4.
Mali punici succus acerbus.	Eod.	6.
Ex moris succus, cum Omphacio, myrrha, & croco.	Eod.	7.
Acaciæ pastilli.	24.	12.
Succus è rubi caule.	Eo.	13.
Cynosbati ramus cum mastiche Chia comanducatus.	Ibidem	
Rubi quoq; folia commanducata.	Ibidem.	
Eiusdem radix ad tertias in uino decocta.	Ibidem.	
Fel testudinum.	32.	4.
Lentis decoctæ succus.	22.	25.
Cytinus seu balaustium potum.	23.	6.
Baccæ lauri ex oleo illitæ.	Eod.	8.
Gallæ.	24.	4.
Semen agni decoctum cum melle.	Eod.	9.
Succus foliorum ligustri, cum salis mica.	Eod.	10.
Cisthi genus per se.	Ibidem	

Eo. 13. Eryſi ſceptrum ſpinæ genus.
25. 13. Succus plantaginis.
25. 13. Eiuſdem folia & radices comanducata.
26. 8. Myrſinitis, quæ eſt tithymali ſpecies, folia cũ
Eod. 10. Orchis radices. (melle manducata.
27. 4. Aloe melle illita.
Eod. 12 Succus è ſemine myagri herbæ.
Ibidem. Polygoni ſpecies, ad tertias decocti.
Ibidem Eiuſdem aridi farina inſperſa.
31. 9. Sal Hiſpanienſis in linteolo concerpto.
34. 11. Aeris flos aut ſquama.
35. 15. Alumen liquidum melle admixto.

HALITVM ORIS iucundum reddentia.

23. 6. Collutio decocti cytonior. uel ſucco expreſſo
11. 53. Aſſyrij mali granum, cuius eſt ſuauitas pręcipua in eſculenta additum.
20. 17. Aniſũ crudũ ſiue decoctũ uiridi arũdine manducatũ, matutinis cũ ſmyrneo & melle exiguo
21. 20.
21. 23. Iris præcipue ruffa, con manducata.
22. 25. Carduus ſylueſtris commanducatus.
22. 22. Cinis hordei, aſperſo ſale & melle.
23. 4. Sonchos commanducatus.
23. 9. Malobathri folium ſubditum.
25. 13. Semen myrti ſatiuæ, præſertim nigræ uel pridie commanducatum.
Quinq; folium manducatum.

Folia

Folia myrthi & lentiſci pari pondere, Gallæ Syriacæ dimidium pondus, ſimul trita in uino uetuſto, ſparſa, mandere matutino optimum eſt. Item. Ibidem.

Edere baccas, cum caſia & myrrha pari pondere ex uino. Ibidem

Capitis leporum cinis, dentifricium eſt, adiecto; nardo mulcet graueolentiam oris, alii qui murinorũ capitum cinerem miſcent. 28. 11.

Lana ſuccida, præſertim è collo cõfricatis dentibus atq; gingiuis, admixto melle. 29. 2.

Murino cinere cum melle fricentur dentes, admixta marathri radice. 30. 4.

Bitumen cum uino potum. 35. 15.

ORIS REMEDIA EX DIOS.

Myrrha cõtra grauem oris halitũ manditur. 1. 77.

Gallæ tritæ oris ulcerationem cohibent. 1. 148.

Origani uirentis ſuccus oris ulcera ſanat. 3. 30.

Aniſum oris halitum iucundiorem facit. 3. 63.

Carum os commendat. 3. 64.

Staphida cũ melle oris ulcera manantia ſanat. 4. 158.

Vuæ uinaceis aut uinario uaſe ſeruatę, ori gratæ ſunt. 5. 34.

Omphacion ulcera oris ſanat. 5. 6.

Scyllinum acetum putredines oris, & graues halitus tollit. 5. 18.

Seminis apĩj recentis, maturi & cribrati drachmæ nouem in muſti amphoram demittantur 5. 66.

tur oris halitum commendant.

5. 113. Sandaraca oris ulcera sanat.

5. 114. Alumen cum melle oris ulceribus prodest.

PVTREDINIS ORIS, SIVE palatus & gingiuarum curatio. Ex Plinio Valeriano, lib. 1. Cap. 32.

ALuminis scissi unciam unam, gallę asiaticæ semiunciam, myrrhæ uncias duas, piperis grana quindecim, in mellis despumati uncias nouem, colliges & uteris.

Ad usturam oris.

Ex humore crocus cum nucleo & aqua frigida tritus in ore teneatur, quod si uulnera fecerit parum mellis addes.

Item cui os ex tumore exarserit uel palatū, cantabrum coques, & ex eius aqua gargarizabis: quod si ardor fuerit, cum ipsa aqua crocū tritum. Si autem humor abundauerit, rosam siccā cū cantabro coques: & ita gargarizabis.

Gera quę facit ad os cui rheuma molestum est, & ad gingiuas rheumatizantes siue ad uuā uel quibus exit de auribus & ad tempora dolentia cum hydromelle & ad syringam cum uino ueteri & melle, & ad uulnera quę intra nares generantur. Croci unciam unam, myrrhæ unam, aluminis scissi sex, hæc in pulucrem redacta

dacta seruabis, & utêris cum uino & melle permixta.

Ad ulcera linguæ folia oleæ cum sulphure teruntur, & inde ulcera perfricantur.

Ad usturam oris aut angiuarum uel gingiuarum succum cum melle caulis gargarizabis statim ulcera sanat, & cepę manducantur quę sanant.

Item succi myrrhæ unciã unam, croci unã, aluminis sciſſi unciam unam, mellis sextariũ unum. Hæc omnia permisces, donec crassitudinem mellis accipiant, & sic crocum & alumen mittes, & bene permixta repones, ac de hoc medicamento os & gingiuas tanges si sanguinem fundũt: & hoc gingiuas sanat, & dentibus prodest & uuæ. Mense Augusti conficitur propter succi morem.

Ad putredinẽ oris. Aloes drachmas duas, myrrhæ sex, calchanti sex, croci quatuor, uini & mellis quantum sufficiat.

AD OS SALIVOSVM ET perlippidum. Ex Plinio Valeriano. Lib. 1. Capite. 34.

LEntisci fasciculum in umbra siccatũ tundes & cribrabis, & de cortice pini tantundem tritum & cribratum miscebis, & dentes inde fricabis.

Origanũ

Origanum teres & cribrabis, & exinde dentes ac gingiuas fricabis, hoc & tumorem gingiuarum tollit.

Camomillæ herbæ puluerem uino admixto coques donec ad dimidium ueniat, ex eo os collue, statim medebitur.

AD EMORAGIAM AB ORE.

Ex Galeno lib. de facile parabilibus.

Colluatur os ex decoctione rosarū, in oxicrato, postq; erit frigida, & transglutiatur.

Gargarizet patiēs, & colluat decoctionem rosarum frigidam, aut extremitatū uitis, aut foliorum lentisci, aut rubi, aut citoniorū, aut acinorum uuæ, aut lentisci aut sumach.

Semen rosæ cum mastice da cum uino stiptico bibere, uel cum uino decoctiōis rubi aut rosarum.

AD APHTHAS SEV ALCOlam. Ex Galeno libro de facile parabilibus.

Gallam in uino coquens collue os, deinde appone gallam tritam permixtā cum melle, aut florem ros. collue etiam os cum decoctione foliorum oliuæ.

AD VITIA ORIS, LINGVAE, & gulæ. Ex Apuleio.

Quinq; folij radices, ex aqua coctas, dabis ut

ut gargarizentur.

AD VLCERA ORIS.

Herbæ plantaginis succus, & folia eius cocta, in ore tenentur, radix eius in ore commanducatur.

AD OSCEDINEM,
Ex Apuleio.

Herba Britanica sumpta uiridis, oscedinẽ tollit. Quod si uiridem non habueris, etiam arida contusa, cum uino ad mellis crassitudinem, eodem modo sumpta, eundem effectum habet.

CONTRA TORTVRAM
oris seu faciei, ex Barbaris scriptoribus.

Valet euacuatio & mundatio corporis cũ pharmacia secundum exigentiam humoris peccantis, tam cum pillulis caput euacuantibus, quàm cum alijs medicinis laxatiuis, corpus euacuantibus.

Ad idem, in principio ægritudinis, ualet phlebotomia primo de cephalica, deinde de uena, quæ est supra pollicem & indicem.

Ad idem ualet auricula muris, quæ est una herba, cum ruta compressa inter digitos & naribus imposita.

Ad idem ualet nux Indica, nux muscata,

acorus

acorus Cyclamen, auricula muris, & cucumer asininus, de quolibet añ. quę bulliant in uino prius tamen conquassata deinde coletur. Vinum postq̃ steterit per unum diem naturalem cum sua decoctione cum quo fomententur nares, & in naribus duæ guttæ uel tres tepidę instillentur, & hoc fiat ieiuno stomacho, diu & pluribus uicibus.

Ad idem ualet fricatio capitis occipitiq̃ & colli, & totius læsę partis, sic quod hoc sæpe, seu cotidie continuetur.

Ad idem ualet inspicere speculũ ualde perspicuum siue clarum, & melius adhuc si esset de calibe factũ, in cuius speculi medio seu centro figatur ualde parum cæræ, uel picis, circa quod respiciat feruentissime talis tortuosus, & quod hoc continuet diu.

CONTRA TORTVRAM oris.

Valet gargarismus factus mane & ante cœnam uespere, cum decoctione saluiæ seminis synapis cum syrupo acetoso & modico melle, & debet calefieri, sed istud præsupponit quod corpus sit mundatum, ut oportet, quia aliàs fieret maius malum.

Ad idem ualet gargarismus factus cum decoctione radicum achori seminis synapis pyrethri,

rethri, nucis muscatæ, zinziberis cum modico aceti, & mellis electi, & sic de alijs, in paragrapho, de tortura faciei & oris subscriptis.

CONTRA EXCORIATIONES interiores oris cum dolore, & minutis pustulis.

VAlet agrimonia cocta in aqua, cum qua decoctione lauetur os.

Ad idem ualet lac caprinum, uel ouinum, tepidum, cum melle mixtum, quo lauetur os.

Ad idem ualet hydromel coctum, quod dicitur medo, quo lauetur os, & fomẽtetur, deinde bibatur, de illo lambiendo.

CONTRA FOETOREM Oris, quem solet pluries sequi dolor dentium.

VAlet decoctio Cypri & apij in uino odorifero, quæ dimittantur pariter per noctem, de mane tollatur, & diutissime in ore teneantur, ducendo in ore circum circa, donec os unà cum dentibus abluatur, & sic facto duobus uel tribus uicibus in die, ultima uice parum degluciat de prædicta colatura, seu decoctione.

Ad idem, ualet masticatio apij uel seminis eius, diu in ore retinendo.

Ad idem, quando fœtor uenit de uitio sto-

y ma-

machi, ualet dyatesseron cum uino distemperatum, in quo uino sint decocta prius garyophili, & semen apij, quod diu in ore teneatur, & postea degluciatur.

ADVERSVS DOLOREM oris, ex Barbaris.

FOlia oleastri masticata, dolorem oris compescunt.

Succus rubi maturi, perfecta maturatione, curat dolorem oris.

Aliquādo amygdalæ dulces comeduntur ad dolorem oris.

Collutio oris cum aceto calido, curat dolorem oris.

Collutio facta cum aceto decoctionis Staphisagriæ, omnem dolorē oris, putredinēq; curat.

Apozima radicū, & seminis asparagi, ore loto, dolorem amputat.

Betonica, medetur dolori oris & squinantiæ.

Valent omnia, quæ dicentur de dolore linguæ.

DE PVSTVLIS ORIS.

VAlet rob de Ribes, & rob de moris syluestribus.

Aqua decoctionis myrti & sumach.

Et

Et lentes excorticatæ cum aceto, & extremitates uitis & rubi ualent.

Item aqua granatorum acetosorum, spodium & galla, & ros. & acatia, & coriādrum humidum, & memita, & alchanna, ualent.

Succus lactucæ, solatri, uirgę pastoris, portulacæ, extremitates uitis, ualent.

Plurimi quidem infantium, sanantur zuccaro, tabarzet, & camphora.

Lignum granati decoctum cum uino, facta collutione oris, ualet.

Quando masticātur folia rubi, stringit gingiuam, & sanat alcolam. Et similiter fructus eius, & est mora.

Succus uuæ acerbæ confortat omnia membra oris, & ipse non coagulatus ualet alcolæ, & ipse coagulatus & dissolutus, cum aliquo rob stiptico, ualet etiam alcolæ.

Acatia ualet herisipilæ, & igni sacro, & ad pustulas oris.

Succus quinquineruiæ, ualet contra pustulas oris.

In augmento, ualent illa quæ exiccant de mente Auic. sicut gallæ, antere, tamarindi, & duo sandali, dragagantum, lentes, lutum armenum, & cortices glādium, & climia, in statu, & declinatione.

Alumen de pluma, & est idem quod iamenum, uel scissum, quando miscetur cum aceto & melle, & tenetur in ore, tenet dentes motos, ne cadant, & ualet uesicis, & pustulis oris & palati.

Tegula furni usta, mixta cum aceto, ualent pustulis oris.

Folia nucis masticata, prosunt pustulis quę sunt in ore, etiam si sint ulceratæ, ualent.

Folium bugloſſæ combustum, cõfert fluxibilitati dentium, & gingiuarum, & alcolę, & proprie quando accidit in ore uirorum, & omnibus caliditatibus quæ fiunt in ore.

Idem potest ipsa bugloſſa non combusta, licet deterius sit, & operetur debilius.

Chelidonia & cortices nucis muscatæ, & Cyperum, & crocus, & nux cypressi, & bugloſſa, & piretrum, & gariophilus, mentastrũ & galla, atq; eius species conueniunt.

ADVERSVS APOSTEMA calidum oris.

RVbus tumori oris competit, maxime si cum aceto folia eius masticata fuerint.

Conferunt etiam in principio istis tumoribus, folia alcannæ masticata.

In auguento confert folium Cypressi, masticatum, tumorem enim oris compescit.

Ab

Absinthium & rosa masticata, prohibent materiam ad locum deuenire, & exiccant æqualiter.

Arefactiua folia prunæ, constrictiuæ uirtutis sunt, adhibita phlegmonibus oris ualent. Si decoquãtur cum uino, & fiat gargarisma, ualent.

Confert & butyrum linitum, præsertim infantibus.

Aloe confert apostematibus faucium, radicis linguæ, & gingiuarum, & aliarum partiũ oris, & in qualibet parte iuuat.

Acetum mistum melle, sale, nitro, & linitur cum eo palatum, confert apostematibus oris.

DENTIVM DOLORIS REmedia, ex Plinio Secundo. Sectio. 21.

	Lib.	Cap.
SVccus è radice cucumeris syluestris.	20.	1
Carnes cucurbitæ syluestris, cum absinthio & sale.	20.	3
Eiusdem uniuersæ decoctæ succus.	Ibidem	

20. 5. Si radice Staphylini satiui circumscalpantur.

Ibidem. Succus ceparum instillatus, colluendi gratia.

20. 6 Allij tria capita in aceto trita.

Ibidem Si decocto eius colluantur, addaturq; ipsum in caua dentium.

20. 7. Lactuca caprina trita, ex aceto colluta, matutinis bis mense.

20. 8. Succus radicis betæ nigræ illitus.

20 9. Scylla per se commanducata.

20 10. Asparagi sylvestris è radice uino decoctæ succus, si ore contineatur.

20 13 Nasturtij nigri succus, in aures infusus.

20 15. Capparis semen tritum, ex aceto decoctū.

Ibidem. Radix eiusdem manducata.

20 17 Piperitis siue siliquastrum.

Ibidem. Succus Heraclij herbæ.

Ibidem Lepidium herba, brachio adalligata, contra dolet.

Ibidem Gith coctum cum aceto.

20. 20. Portulaca commanducata, cruda.

20 21. Si radice maluæ unū caulem habentis, dēs qui doleat pungatur, donec dolor desinat.

Ibidem Radicis hippolapathi, aceto decoctæ & colatæ succus.

20 22 Sinapis si mandatur.

Suc

Succus lacteus ex eiusdem cauliculo. Ibidem.
Semen rosæ crocinum, non autem nigrū. 21. 19
Auenionæ radix commanducata. 21. 22.
Leucantha, quam phyllon & ischiada uocant, commanducata. 22 10.
Laser cauernis dentium cæra quibusdam includitur, sed Plinius non laudat. 22. 23.
Vermiculus qui est in farre, dentium cauis inclusus. 22. 25.
Similiter si fricentur. Ibidem.
Astaphisagriæ nuclei decoquuntur in aceto. 23 8
Oleæ lachryma illita. 23 3.
Oliuæ albæ antequā condiantur per se, cibi modo deuoratæ. Ibidem.
Amurca decocta, cum aceto uel mulsa. Ibidem.
Oleum myrtheum. 23 4
Cytini siccati, tritiq; flores sunt mali Punici. 23 6.
Caprifici succus in lana appositus. 23 7
Idem in cauis dentium additus. Ibidem
Succus radicis mori, per messes incisæ. Ibidem
Gallæ nucleus commanducatus. 24 4
Cedria pix cedri magnæ. 24 5.
Galbanum impositum. Ibidem
Amoniaci lachrymæ accensæ. 24 6
Piceæ & laricis folia trita, & decocta in aceto. Ibidem

24 7. Tedæ decoctæ in aceto.

Ibidem Folia lentisci si atterantur.

24 8. Corticis platani decoctum in aceto.

24 9 Decoctum foliorum tamarices.

Ibidem Item radix eiusdem, & folia.

20 10 Acini hederæ, quam chrysocarpon uocãt, quinq; triti in rosaceo oleo, calefactiq; in cortice punici, instillatur à contraria aure.

Ibidem Succus hederæ eius gratia incisæ.

Ibidem Eiusdem gũmi ex aceto.

24 15. Folia clematidis, quam echiten uocant, ex aceto.

24 16. Myriophyllon, nostris millefolium, efficacissimi graminis, decoctum cum uino, melle, thure, myrrhaq;.

25 13. Panacis radix commanducata, præcipue chironię.

Ibidem Item succo eiusdem collutio facta.

Ibidem Radix hyosciami ex aceto manducata.

Palemoniæ cõmanducantur, & plãtaginis radices, aut colluũtur in aceto, decocto succo.

Verbenaca cum radice manducata.

Eadem decocta è uino aut aceto succus colutus.

Quinquefolij radices decoctæ ad tertias, uino aut aceto.

Si quinquefolij cinere fricentur.

Verba

Verbasci radix decoquitur in uino ad colluendum.

Hyssopo colluuntur & peucedani succo cum meconio.

Vel radicum Anagallidis magis semine succo ab altera nare quàm doleat infuso.

Semen Tithymalli quæ characias dicitur dentium cauis cera inclusum. 26. 8.

Anonis radix in posca decocta. 27. 4.

Arction in uino decoctum. Eod. 5.

Decoctum cauliculorũ odontitis in uino austero quãtum manus capiat, ita ut ore contineatur. Eod. 12.

Osse ex latere leporis acui simul si scarificentur dentes. 28. 11.

Talus bubulus accensus & admotus. Ibidem

Eiusdem cinis cum myrrha dentifricium est. Ibidem

Ossa ex ungulis suum combusta. Ibidem

Fabrile glutinum in aqua decoctũ illitum cũ. Ibidem

Lac caprinum collutum. Ibidem

Similiter & fel taurinum. Ibidem

Talorum capræ recentium cinis, & omnium ferè uellaticorum quadrupedum. Ibidem

Sordium caudis ouium concretarum farina perillita. 29. 2.

Cinis è murino fimo inditus. 30. 3.

Iecur lacertarum aridum inditum. Ibidem

Vermes terreni decocti in oleo, infusiq; auri-
culæ cuius è parte doleant.
Eorundem in testa cõbustorũ cinis coniectus.
Idem cum mori radice in aceto stillitæ decocti
ad colluendum.
Vermiculus qui in Veneris labro inuenitur,
cauis dentium inditus.
E malua cimices infunduntur auribus, cum
rosaceo.
Consimiliter & harenulę quæ inueniuntur in
cornibus cochlearum.
31. 9. Si quis quotidie ieiunus salem contineat sub
lingua donec liquescat.
Eod. 10. Nitrum ex uino si cum pipere colluantur.
Ibidem Item cum porro decoctum.
Ibidem Nitrum dentifricio crematum.
32. 4. Si dentes per annum colluantur testudinum
sanguine.
Eod. 7. Ossa draconis marini, scarificatis prius gin-
giuis.
Ibidem Si caniculæ cerebro in oleo decocto dentes se-
mel anno colluantur.
Ibidem Pastinacæ radio scarificare gingiuas utilissi.
Contritus is cum elleboro albo illinitur.
Salsamentorum fictili uase combustorum ci-
nis addita marmoris farina.
Cybia uetera eluta in nouo uase, deinde trita.

Omnium

Omnium salsamentorum spinæ combustæ, tritæq; & illitæ.

Decoquuntur & ranæ singulæ in aceti heminis, ita ut colluantur, contineaturq; in ore succus.

Ranæ totæ maxillis adalligatæ.

Si ranarum cinere cum sale fricentur.

Si enhydridis dente canino scarificentur.

Cancrorum cinis, nam muricum cinis dentrificium est.

Myacum crematorum cinis. Eod. 9

Omnia bituminis genera simul cũ nitro illita. 35. 15.

Schiston aluminis cõcreti genus, si saliua cum eo contineatur. Ibidem

QVAE DENTES FIRMENT.

Succus cucurbitę syluestris cũ aceto calefactus 20 3

Vniuersæ quoq; decoctæ succus. Ibidem

Inula à ieiunis commanducata. Eod 3.

Portulaca commanducata. Eod. 20.

Maluarum radix decocta. Eod. 21.

Lapathi commanducata radix. Ibidem

Halicacabi collutio, modo ne diutius id fiat. 21. 31.

Aceti collutio. 23. 1.

Acetum stilliticum gustatum. Eod. 2.

Amurca. Eod. 3.

Oleastri folia imposita. Eo. 4.

Malicorium mixta galla in aceto decoctum. Eod. 6.

Cytinorum

Ibidem Cytinorum succus decoctorum.
24. 7. Decoctionis foliorum lentisci collutio.
Eod. 13. Rubi per se in cibo sumpti cyme modo.
Ibidem Itidem decocti in uino austero.
25. 13. Radix ephemeri.
28. 11. Cinis ceruini cornu siue infricetur siue colluantur.
Ibidem Crudi cornu farina.
30. 4. Hystricis pinna si scalpantur dentes.
32. 7. Collutio decoctionis denarũ ranarum in aceto trium sextariorum.

DE DENTIVM REMEDIIS, ex Dioscoride.

2. 31. Omphacinum oleum dentes firmat.
1. 52. Oleo rosaceo collui dentes inter initia doloris prodest.
2. 86. Pinus & piceę folia trita & decocta in aceto, feruenti collutione, dentiũ dolores mulcẽt.
2. 89. Resina lentiscina additur in dentifricia.
2. 99. Naphtha, id est, Babylonij bituminis colamẽ oblitum, dentium dolores mitigat.
1. 109. Platani decoctus cortex in aceto, dentium dolori medetur.
1. 118. Myricę foliorum decoctũ, atq; cum uino potum ad dolorem dentium salutare.
2. 137. Amurca dentium dolori cum aceto, uino aut mulso

mulso commode illinitur.

Amurca si cum omphacio recoquatur ad mel lis crassitudinem, carioſos dentes extrahit. 1. 137.

Oleum syluestris oliuæ, dentium mobilitates stabilit. 1. 142.

Gallæ nucleus dentium cauernis inditus, dolorem sedat. 1. 148.

Gummi de Rhoe dentium cauis imprimitur, ad dolores siniendos. 1. 149.

Punici flores humida gingiuarum uitia mobilesq; dentes decocto colluuntur. 1. 154.

Mori seruefacti corticis, & foliorum iure dentes aptissime in dolore collinitur. 1. 182.

Ficus dentium dolori medetur. 1. 184.

Halicacabi decoctum in uino si ore continea- 1. 188.
tur, dentium dolorem mitigat.

Buccinā si quis plenā salis, fictili crudo adurat dentifricio conuenit. 2. 5.

Cochlearum testæ crematæ, purgant dentes. 2. 11.

Senectus anguium in uino decocta dolori dē- 2. 19.
tium, collutione auxilio est.

Terrestris leporis inassatum cerebrum, affri- 2. 21.
ctu, aut cibo facilem infantibus dentitionem præstat.

Pastinaca dolorem dentium mitigat. 2. 22.

Sepiæ coctæ atramentum ustum in sua testa, 2. 24.
donec id quod crustosum est abscedat, postea

ſtea tritum dentes purgat.

2. 28. Ranæ decoctæ in aceto & aqua, dentium dolores collutione leniunt.

2. 62. Ceruinum cornu ſeruefactum in aceto ſi eo gingiuæ colluantur maxillarum, dolorem à dentitione adimit.

2. 62. Ceruinum cornu infrixum, dentes purgat.

2. 69. Lacertæ iecur exeſis dentibus iniectum dolores finit.

2. 126. Lapathi radices coctæ in uino, & inſtillatæ, dentium dolorem mulcent.

2. 138. Portulaca cōmāducata dentiū ſtuporcs ſedat.

2. 139. Aſparagi decocti ſuccus, ſi ſuper dente contineatur, eius dolori medetur.

2. 187. Haſtula regia dentium dolorem mitigat.

2. 192. Caparis ſemen ex aceto decoctum, colluto inde ore, dentium dolorem ſedat.

2. 192. Caparis radicis aridus cortex, dentium dolori auxiliatur.

2. 193. Lepidi radix, appenſa collo, dentium dolore liberat.

2. 194. Ranunculi radix appenſa, dentium dolorem leuat.

2. 199. Hederæ acini quinq; triti, calfactiq; in punico cortice cum roſaceo ſi inſtillentur, à contraria aure dolorem dentium mitigant.

2. 200. Chelidoniæ radix impoſita cū uino, aut mān-

ducata

ducata, dentium dolorem sedat.

Anonidis radix decocta in posca, dolorem dentium collutione mitigat. 3. 22.

Leucacanthæ radix manducata, dolorem dentium sedat. 3. 21.

Absinthium decoctum dentiū dolores compescit. 3. 25.

Panax dentes dolore liberat, cauis inditus. 3. 53.

Pirethri radix in aceto decocta, colluto inde ore in dolore dentium auxiliatur. 3. 84.

Peucedanum cauernis dentium inditum, mitigat dolorem. 3. 91.

Gith seu melanthium decoctum cum aceto & teda dentium doloribus prodest. 3. 92.

Laser cauernis dentium, aut cum thure in linteo circumligatur, aut cum hyssopo sicis coctis in posca, os colluitur. 3. 93.

Galbanum oblitū aut cauernis inditum, dolorem dentium mitigat. 3. 96.

Apiastro dentes in dolore colluuntur. 3. 117.

Althea decocta cum aceto, colluto inde ore, dentium mulcet dolorem. 3. 164.

Quinquefolij radicis decoctę ad tertias ius, si in ore contineatur, dentium dolorem sedat. 4. 45.

Solani somniferi succus decoctus in uino, ore continetur contra dolorem dentium. 4. 76.

Ephemeri radix dentibus præcipuè prodest, si de- 4. 88.

si decocto colluantur.

4. 104. Verbascum decoctum, dentium dolorem collutione mitigat.

4. 155. Cucumeris radicis decocto, dentes in dolore colluuntur.

4. 158. Staphisagria decocta in aceto, dentium dolori colluto ore subuenit.

4. 169. Charatia dentiū cauernis indita, leuat dolores.

4. 183. Colocynthidis pilulæ, dentiū dolorē tollunt.

5. 18. Scyllinum acetum motos dentes firmat.

5. 114. Alumen cum aceto & melle, motus dentium firmat.

5. 116. Ex farina pumicis faciunt dentifricium.

5. 158. Smyris lapis dentifricio commendatur.

AD DENTIVM DOLOREM.

Ex Plinio Valeriano. Lib. 1. Cap. 36.

ASparagi syluatici radicem in uino decoques, ex hoc in ore contineat, dolorem sedat, succusq; eius similiter facit. Brassica item cruda cōmanducata dolorem facile discutit.

Radicem hederæ coques ex uino quam in ore teneat, & transit dolor. Succum hederę cū aceto & paruo sale in diuersa in nares mittes.

Thimum & piretrum pari pondere rusum dentibus adijcies.

Piretri item radix ex pusca & melle gargarizatur, & teneat in ea parte quæ dolet.

Trociscus

Trociſcus ad dolorem dentium, & ad laxationem eorum. Aluminis ſciſſi unciam unã, aluminis rotundi duas, caſtorij, croci, myrrhę gallæ, aloes, yo, añ uncias duas, ſinopidis libram unam, uini ſtiptici quantum ſufficit ad colligendum, hinc facis trociſcos: poſtea quũ opus fuerit, reſolues in uino ſtiptico, & in ore tenebis: facit & ad diſſentericos iniectus.

Ad priorem dentium dolorem, Cupreſſi pilulas in uino decoques, & idem uinum tepidum in ore tenebis, bene facit.

Cucurbitæ ſatiuæ decoctæ ſuccus, dolorẽ minuit, & mobiles ſtabiliet in ore cõpreſſus.

Item trociſcus ad dolorem dentium. Cadmiæ uncias duas, calcitis coctæ in carbonibus ſemiunciam, utrunq; ſeparatim cum uino acri in modum collyrij teres & cõmiſces, & facies trociſcum, & in aceto ſolues, & trepe factum in ore teneatur.

Iuſquiami radix cum aceto commaſticetur.

Cyperi puluere dentes & gingiuas reple.

Pentaphili item radix cum aceto aut uino decocta, in ore coutineatur.

Quinquefolium cũ ſua radice in aceto decoctum, aut in uino dentibus cõtineatur: qui enim continue ieiunus in ore continuerit do-

nec liqueſcat, non dolet unquàm.

Adijcies item ad ollam acetum, ſatureiam & ſalem, ut in unum ferueat, & in maxilla cõtineatur.

Fœniculum uiride maſticet, & ſuccum contineat in ore: ipſumq; fœniculum in ore contineat.

Ad dentes qui rheuma patiuntur. Lucernam aritinam nouam implebis ſale, & claudes eius foramina, & tam diu in carbonibus uiuis obruta ſit, q; diu ipſa lucerna ſimilis ſit carboni uiuo. Ac poſtmodum quum refrigu erit, mittes in mortario ſolij drachmas duas, & cum ipſo ſale teres, & fricabis dẽtes qua hora faciem laueris, & facit dentes candidos, & dolorem tollit.

Thus & baccæ lauri in uino deferueant, & in ore ſuſtineat q; diu potuerit.

Styptiriæ drachmæ duæ, ſtrutij una, teres & uteris.

Oleum cum aceto tepidum in ore contineatur.

Vrticæ item minoris radix cõmaſticetur.

Et item ad hęc maluæ radix decocta, in ore contineatur.

Betonicæ ſuccum cum uino ueteri & acero ad tertias decoques, & poſtea in ore contineat.

Ad

Ad dentem cauum, lumbricos exustos, ipsumq; cinerem impone.

Et ad hæc item gummi hederæ denti impones.

Ad hæc plantaginis radix commasticetur.

Et item ad hæc maluæ radix decocta, in ore contineatur.

Ad hæc item betonica herba commasticetur.

Corticem roboris coques cum aqua, & super quadriduum gargarizet, mire facit.

Dentifragium puluerem de lana succida in linteo ligabis, & pones in testam, & in carbonibus ustulabis, & duas de ipso puluere partes, & salis communis tertiam partem teres, & de ipso puluere fricabis dentes & gingiuas, donec sanus sit, & non doleat dens.

Enula ab ieiunis commãducata, dentes cõfirmat.

Allium cauis dẽtibus imponitur, & aqua in qua coctum est, gargarizatur.

Acetum si in ore cõtineatur, gingiuas stringit, & dentes continet.

Et item caprifici radicẽ ex uino decoques, & ipsum uinum in ore cõtinebis, ipsamq; tritam maxillę impones aduersus dolorem, ipsa autem radix per messes inciditur, & hæc mit-

tit succum aptissimum dolori.

Item nucleus gallæ commanducatus, dolori medetur.

Tedas pingues in assulas cõcides, & in aceto decoques, idq; acetum in ore continebis.

Aqua in qua lentiscus decoctus est, mobiles dentes confirmat.

Ruborum in quibus mora nascuntur pãpini, decoquuntur in uino austero, & commãducantur aduersus mobilitatẽ. Idemq; uinũ in ore tenebis.

Hyssopo item utiliter collues.

Item canis dentibus, cinis murini fimi inditur.

Vermes terreni decocti in oleo & triti, infunduntur auriculæ, ab ea parte qua dẽtes doleant. Eorumq; uermium cinis, exæsis dentibus iniectis, & cæteris cæra obturatis persaci le eo cadere cogit: idemq; cinis inditus dolentibus, iuuat.

Item comburi debent harenulæ, quę in cornibus coclearum inueniuntur, in testa, & cauis dentibus inditæ, continuo finiunt dolorem.

Idemq; præstat fimus cortri in lana alligatus.

Inuiolati autem præstantur dentes, si quoti-

tidie mane ieiunus sub lingua habebis granū salis, donec liquescat,

Item in dolore, ceruini cornu farina colluuntur uel fricantur.

Itemq; albi bulbi cinis, dētibus fritium est: ossaq; ex ungulis suis combusta, eundem usū præstant.

Caprino item lacte utiliter colluuntur.

Item ebuli radicem ex aceto decoque, & diu in ore tene.

Itemq; folia de buxo, & aneti ramusculos teres, in ollam mitte cum aceto, ad tertias decoque, & tepefactum in ore tene.

AD DENTES MOLARES, uel omnes, ut sint incorrupti, ex Plinio Val. Lib. 1. Cap. 41.

VItis albæ, butrionis, succi cotilas duas, & mori radicum radices coques ad tertias, & in ore tenebis, & dilues per dies septem, & nunquā dolebunt dentes: incorrupti præstantur.

AD DENTES LAXATOS, ex Plinio Valeriano, Lib. 1. Cap. 37.

SI ex humore capitis se laxauerint dentes, si dolor fuerit infectus, piretri radicem commasticet, & in ore teneat, omne decurrit rheu-

ma. Est quidē radix uehemens, sed postea dolorem sedat & refrigerat.

Puluis ad rheuma dentium. Salis uncias duas teres cum melle optimo diutius, & colliges in ollam rudem, quam gypsatam mittes in ignem, ubi uero in modum ignis candue rit, tolles eam, & quum refrigerauerit iterum teres, & facies puluerem, & uteris.

Ad confirmandos dentes. Marrubij fasciculos tres cū aquæ sextarijs tribus decoques in olla noua ad tertias, deinde gargarizabis tepidum mane & meridie per dies septem. Post hæc semen herbæ galliculans, quam alij dentalem, alij symphoniacam dicūt, mittes super carbones, & per triuectorium totum fumum ore trahes, omnes gingiuas exiccat, & humores malos producit, & dentes firmat.

Myrthi fasciculum unum, cunorum rubi fasciculum unum, & corticis maligranati in aceto decoques, & inde os sæpius collues.

Aristologiam tusam in puluerem, dētibus laxatis inijcies, confirmat.

Gallæ Syriacæ unciam unam, corticis maligranati croci denarios tres, in puluerem subtilem rediges, & gingiuis impones.

Pulegij sine fumo libram unam, yris uncias sex, salis Amoniaci tres, omnia tusa & cribra

brata pro dentifricio habebis.

Dentifricium ad hæc, folij unciam unam, yo unam, masticis Aphræ unam, ostreę testas numero quatuor, Punicis unciam unam, panis combusti unam, cyperi unam. Omnia in pũluerem redacta, commisces, & ex aceto dentes fricabis.

Puluis ad humorem dentium. Farina de sigala duas manus plenas tolles, ac salis tantũdem, facies pastam, & coques, ita ut in pulue rem possis redigere.

Costi semiunciam, folij semiunciam, capitis sardenæ maioris combusti semiunciam, auri pigmenti semiunciam. Hæc omnia in puluerem redacta & commixta, uteris, sic tamen, ut prius de uino ueteri os laues:

Dentifricium ad os quo omni tempore uteris. Lucernas Sabinenses tres implebis sale; quarum foramina claudes de cõpasso hordeaceo, & mittes sub carbones in arula: ita ut triduo iugiter carbonibus sint opertæ: quas deinde tollens, in puluerem mollissimum rediges, addes folij semiunciam, costi unam, masticis unam, omnia trita & cribrata, in uino miscebis, & quotidie uteris.

Ad dentium dolorem. Violam siccam in uino coques, idq; calidum in ore continebis.

Vinum & piper miscebis, & tepidum in ore tenebis.

In dentium autem dolore, qui ipse in maximis tormentis dinumerari potest. Vinum ex toto arcendum, aceto quoque abstinendum, deinde in modico melle utendum, ac nemo dentes irritet.

AD DENTIONEM quando infantes dentiunt, ex Plinio Valeriano. Lib. 1. Cap. 42.

LActe caprino & leporis cerebro gingiuæ perfricantur.

Delphini dentium cinis cum melle gingiuis illinitur, & eius dente gingiuæ tanguntur.

Cerebrum pecudis in cibo datur.

Foliis hederæ prunæ ad suffiendum imponuntur.

Et item butyrum cum melle temperabis, & gingiuas inunges.

Dentes equi qui primo cadunt, alligati, facilem dentionem præstant, ac melius si terrā non attingant.

Eundemq; effectum habent dentes canicu læ.

Den

DENTIFRITIVM AD DENtes candidos faciendos. Ex Plinio Valeriano. Lib. 1. Cap. 40.

PVnice combusto & trito ad dentifricium uteris. Item cŏchilĳ marini testam sale plenã cŏbures & uteris, dentesq; inde fricabis. Sepiæ item testam tusam cribrabis, & candidi erunt, & cum uino candido piperato dentes lauabis. *Aliâs Pumice*

AD DENTES VITIOSOS aut cauos. Ex Plinio Valeriano. Lib. 1. Capite. 39.

GAllas Alexandrinas uiginti, foliĳ quantũ sufficit, aduersus gallas masticis grana quinquaginta, croci parũ, piperis grana sexaginta, balaustĳ cauliculos quinq;, floris rosæ quantum sufficit. Hæc omnia in puluerem redacta habebis & uteris. Item ad dentes cauos. Titimalli & caprifici lac cum galbano resolutum, & cauis dentibus inditum, tollit dolorẽ, ita ut cæram superponas ne lingua aduratur.

AD DENTIVM DOLOREM molarium. Ex Plinio Valeriano Libro. 1. Capite. 38.

PRoserpinę herbam, quam alĳ camomillam dicunt succus in aurem instillatus, sedat dolorem.

Item agrestis lapatij quod alij rumicem dicunt, radix commanducatur: & succus in ore cõtinetur, statimq; dolor tollitur: ac cum aceti cyathis quinq; cocta in ore aceto tento idem facit.

Acopiũ calefactoriũ. Item acopium calefactorium & ualde sumum, facit enim ad eas ualetudines quæ diuturnæ sint ad paralyticos straticos & opistotonicos, sed & neruorum contractiones & artericos, & ad omnem dolorem totius corporis & turpitudinem ualde prodest. Recipit herbæ brateæ drachmas quadraginta octo, samsuci drachmas cc. lxxxvij. rutæ seminis uigintiquatuor. Cardomomi drachmas uigintitres. Squinantij drachmas duodecim, cacrij uigintiquatuor, baccarum lauri uigintiquatuor, piretri uigintiquatuor, cyperi uigintiquatuor, meliloti uncias tres. Hæc omnia tundes & cribrabis grosso cribello, & infundes in uino summo per dies tres, quarta die uero mittes oleum sauinum uel spanum: & omnia suprascripta coques cum oleo diligenter molli igne. Postea exprimes omnia: & in oleũ mittes cæram, & omnia reliqua in oleum mitti debẽt. Postea tolles myrrhæ & stactis drachmas sedecim, cæræ rubeę libras tres, therebyntinæ uncias sex, calami aromatici tres, costi

tres

tres, styriacis tres, yo tres, piperis albi tres, piperis communis tres, sinapis drachmas quadragintaocto, spica nardi uncias tres, folij unam, aphronitri tres, opobalsami sex, adipis uituli marini sex, medullæ ceruinæ sex, guttæ amoniacę tres, olei nardini libram unam, olei sauini ueteris duas, olei cyprini pondo tres, olei herini tres, olei laurini quatuor, olei styracini libram unam. Ista sequentia aromatica tundes & cribrabis & commiscebis cum omnibus suprascriptis, & quum opus fuerit uteris, & super maxillam imposita sanat dentes molares.

Acopum ad scyaticos & dentes molares impositum. Galbani unciam unam opopanacis duas, euforbij duas, smyrnę duas, adarcis duas, sagapeni duas, castorij duas, cæræ quatuor, axungiæ ueteris duas, piperis unã, omnia contundes & cribrabis. Postea uero miscebis cum galbano & opopanace & axungia, & uteris omnia suprascripta, sed & dentes molares sanat.

DE DENTIBVS, ET PRImo de albificatione dentium. Ex Galeno lib. de facile parabilibus.

Caput leporis combure, & permisce cum fœniculo

fœniculo albissimo, & ossibus sepiæ tritis, & utere.

Os corui combure, & utere, hoc etiam dolorem dentium sanat, & cum oleo rosato si ungatur, sanat dolorem capitis.

Pulegium & sal frixum, tere & utere.

Astragalum arietis uel ouis combure & utere similiter.

Nitrum os sepiæ, & os dactylorum, terens utere.

Corallum rubeum, pumicem, ossa dactylorum, ossa sepiæ & sal assum terens utere.

AD DOLOREM DENTIVM.

Ex Galeno lib. de facile parabilibus.

OLeo lentisci non antiquo, colluantur dentes.

Colluatur os cum aceto decoctionis gallæ uel radicis alicacabi, id est, alkakengi, uel seminis iusquiami, uel polij, uel radicis cucumeris agrestis, uel foliorum myrthi, uel colluatur os cum foljs rutæ coctis, cum oxymelle, uel colluatur cum aceto squillitico, uel coquatur in aceto piretrum, & Hysopus aut radix iringi, oportet aũt humiditatẽ & humorẽ euacuare.

Recipe betonicam, & parum plantaginis, bulli in uino usq; ad consumptionem tertiæ partis, illud tere in ore, & frequenter expue.

Ad

AD DENTES CORROSOS,

Ex Galeno lib. de facile parabilibus.

Radicem titimalli coque in uino & collue, uel piretrum similiter, uel radicem capparis, uel zinziberis similiter uel baccas lauri & aristologiam similiter.

AD STVPOREM DENTIum. Ex Galeno lib. de facile parabilibus.

Masticet patiens portulacam uel fricet cum oleo onfacino uel amurcam olei coque in uase ęneo, usq; ad melleam consistentiam antiquata enim si ungatur, multum prodest.

DE PASSIONIBVS GINGIuarum etiam uuluæ. Ex Galeno de facile parabilibus.

Ad gingiuas corrosas, recipe flores rosarū dr. viij. gallas dr. iiij. myrrhę dr. ij. & appone.

Lac asinæ collue.

Foliorum oliuæ decoctione collue.

Aceto squillitico collue.

Erugine ferri & balaustias appone siccas.

AD DENTES DOLENTESuel commotos, ex Galeno libro de facile parabilibus.

Chameleon niger decoquatur & colluatur decoctione, sedat enim dolorem dentium.

Siclæ

Siclæ ſuccus retentus, ſedat dolorẽ dentiũ.

Cũ decoctiõe radicis iuſquiami colluę os.

Rutam, hyſopum, & myrrham, cum oleo leniens, tene mire.

Taſſibarbati radicem coque in aceto, uel uino, & da colluere.

Nuces cypreſſi, uel roſas, coque in uino, & da colluere, uel radicem piretri ſimiliter.

SVFFVMIGATIONES DENtium dolentium, ex Galeno libro de facile parabilibus.

Spumam maris ſuffumiga, uel ſemen iuſquiami.

Accipe dentes canis & pone in igne, & ſuffumiga, confirmat enim dentes.

AD DENTES COMMOTOS, Ex Galeno lib. de facile parabilibus.

Spumam maris in uino, coquẽs, collue os.

AD EXTRAHENDVM DENtes, abſq; ferro, & abſq; dolore. Ex Galeno libro de facile parabilibus.

Artemiſiã tere, & coque in aceto & appone

Denuda dentem circum circa, deinde accipe uermem dictum campa, qui inuenitur in caulibus, & appone in dente, cauendo ab alijs ne tangas eos, & ſi dens eſt de ſuperioribus, ſit campa quæ inuenitur in ſuperiori parte folij caulis

caulis, & si sit de inferioribus, sit campa quæ inuenitur de subtus.

Coccumgnidium cum galla appone, & statim cadet.

Colloquintidam syluestrem tere, & infunde in aceto, ut habeat mellis consistentiam, & infunde in hoc pharmaco caraxaturium, quo caraxas, & iube claudere os modico tempore, deinde assume dentem digitis, & sequetur absq; dolore.

Farinam cum lacte titimalli appone, & desuper pone folia hederę, & dimitte per horam & frangetur sine dolore.

AD DENTIVM CRVCIATVS. Ex Apuleio.

HErbæ symphoniacę radicē coctam cum uino austero sorbeat, & teneat eā in dente qui laborat, mox sanat dolorem.

AD DENTIVM DOLOREM, Ex Apuleio.

Herbæ Asparagi succum in ore continere oportet.

Herbæ Asparagi radix cocta, trita utiliter imponitur.

Herbæ Asparagi radix trita cum uino potata proficit.

AD DENTIVM DOLOREM

rem. Ex Apuleio.

Millefolij herbæ radicem ieiunus manducet laborans dentibus.

REMEDIVM AD CRVCIAtus dentium. Ex Apuleio.

Herbam Hinulam ieiunus commanducet, dentes confirmat.

AD DOLOREM DENTIum. Ex Apuleio.

Herbam Betonicam ex uino ueteri & aceto ad tertias decoctā gargariza, dolorem dentium discutiet.

AD DENTIVM DOLOREM, & si laxi fuerint, Ex Apuleio.

Herba Britanica mira quadā potentia succurrit, reponendus autem est in hyeme succus uel puluer eius, nam semper apparet. Succum eius seruabis in uase abietino, & calefacito, & puluerem reponito, nam ad eosdem usus cum uino sumptus æque efficaciter prodest.

DENTIVM VITIO, ET ORIS fœtori medendo. Ex Q. Sereno cap. 14.

Haud facile est acrem dentis tolerare dolorem,
Quo magis est equū medicā pernoscere curā.
Cum Bacho uiolas decoxeris, ore teneto,
Mansus item prodest succis oleaster acerbis,
Hic oscedo fugit, linguę quoq; uulnera cedūt.

Cum

Cum uino piper & nitro tepidũ inde doleti.
Sæpe chelidoniæ ſucco, uel lacte capellæ
Saneſcunt dentes, aut tauri felle iuuantur.
Aut acidi latices clauſo uoluuntur in ore.
Mandit apta rubus gingiuis, & bona labris.
Lentiſcus, myrtuſq; emendant oris odorem.
Quod uero aſſumpſit nomẽ de dẽte fricando
Ceruino ex cornu cinis eſt, aut ungula porcæ
Torrida, uel cinis ex ouis, ſed non ſine uino.
Muricis aut tuſti, uel bulbi extincta fauilla,
Ambitioſa putas, ſunt iſta ſalubria cunctis.
Exæſos autem dentes ſi forte queraris,
Vre ſimum muris, patulis & hiãtibus adde,
Vel cinerem dentis ceruini extinguere aceto
Conuenit, atq; cauis immittere partibus apte
Prodeſt, & puluis lumbrici corpore toſto,
Ora combuſta cibo ſanabis lacte canino.
Sæpe etiam gelida gingiuas collue lympha,
Dentibus ut firmum poſſis ſeruare uigorem.
Si uero infãdum proſerpit ad intima uulnus,
Permiſceto ſalem parili cum pondere thuris,
Hinc tractato locum, mirã experiere medelã.
Hæc ſiccata dabit molles, & fracta farinas,
Huius & attritu tetrum medebitur ulcus.

INFANTIBVS DENTIENbus, uel ſtrige inquietatis curandis, ex Q. Ser. Cap. 59.

A Nu-

Nullũ hominẽ primũ mater natura profũdit
Insuper excruciat, niueis cum dẽtibus armat,
Collo igitur molli dentes nectentur equini
Qui prius fuerint pullo crescente caduci,
Aut teneris cerebrum gingiuis illine porci,
Aut leporis niueum bibitur cũ lacte caprino.
Præterea si forte premit strix atra puellos,
Virosa immulgens exertis hubera labris,
Allia præcepit Titini sententia Vecti,
Qui ueteri claras expressit more togatas.

DE DOLORE DENTIVM, ex barbaris & neotericis.

SIlaueris os semel in mense cũ uino decocti Sonis radicis titimalli, sanabis dolorẽ dentium.

Sal cum pusca confectum, ad ignem combustum, superpone dẽti, perfecte sanat.

In uehementi dolore, mitte succum hederæ terrestris in aure partis dolentis, dolebit parũ, sed statim dolor cessabit.

Acori succus in aure iniectus, idem facit.

Semen iusquiami pone super carbones, & fumum per embotum recipe in dentem, uermem occidit, dolorem sedat.

Inunge dentem de medulla caballi, certum est quod sanat.

Fa-

Farina nigellæ posita in dente perforato, cito sanat.

Item lauetur os de apozimate radicis bedeguar, dolorem tollit.

Imple dentem de radice raphani, & fricētur dentes, & gingiuæ dolorem tollit.

Vt dentes nunc̄ doleant, limaturam cornu cerui bulliat in aqua in olla rudi, & immitte in os ubi dolor est.

Vinum uel aqua, secundum caussam decoctionis, cucumeris agrestis, ore tenta, dolorem longissimum arcet.

Succus cicoreę positus in aure uel nare, omnino dolorem dentis oppositi dolorem tollit.

Os dactyli accensum, pone inter dentes, & tollit dolorem.

In succo uitis botri coque corticem radicis mori, usq; ad medium, & laua os & dentes, & nunc̄ dolebunt.

Frica dentes sæpe cum radice pastinaceæ, & tollet uermes eorum, & immensum dolorem.

Si dente hominis mortui dens dolens tangatur, absq; dubio liberabitur.

Contra fortem dolorem, coque uiolas in uino, & tene in ore.

Granum unum opij inter dentes stupefaciendo, dolorem tollit.

Acetum in quo radix iusquiami bullitur, dolorē tollit, si inde os lauetur, & diu teneat.

Cornu cerui adustum donec albescat, & tritum, abstergit dentes fortiter, & gingiuas sedat, & inflatum dolorem.

Tere duas partes allij, & liga super brachiū illud à parte qua dolet dens, prope manum, & totum dolorem attrahit.

Ex parte dolenti stilla in aurem succum bletę, & cucumeris asinini scilicet. foliorū dolorē dentium tollit.

In decoctione origani lauentur dentes, uel stipes accensus ponatur in dente, quia super omnes herbas iuuat dentes.

Serapinum contusum, & cōcauo denti immissum, tollit dolorem.

Acetum decoctionis coloquintidæ diu retentum in ore, summum est remedium, uel si in cortice eius coquatur.

Lac titimalij cū farina frumēti pistatū, & in foramine dentis positū, frangit dentem.

Imple cauū dentem de gūmi hederæ, dolorem tollit. Tangatur dens dolens cum radice apij ranarū, statim dolorem tollit, & dentē frangit.

La-

Laua dentem cum aqua decoctionis balausti æ, & superpone puluerem balausti æ, dentes mobiles firmat, & reuma prohibendo dolorem tollit.

Fac gargarismũ ex decoctione saluię, rutę, piretri, ysopi, ellebori nigri, radicis cucumeris asinini, radicis calamenti, & stipitis origani, & de parte eius immitte in aurem partis dolẽtis cum oleo, expertum.

Si dolor nimis excedat, superpone opium cum uitello oui semicocti, distemperatum.

Item etiã sunt qui faciunt ex amurca olei similitudinem litrij, accipiunt enim amurcã olei ueterem, quæ non habet terram nec arenam, & decoquunt in uase æris donec ingrossetur, & ponunt super dentes dolentes, nam facit dolorem quiescere, & qui decoxerit ipsum cum agresta, quousq; fiat sicut mel, & ponit ex eo super dentes corrasos, eradicat eos, uel præparat ad faciliorem eradicationem.

Si dens cauus impleatur stercore corui, dentem rumpit, & dolorem tollit.

Quinq; grana seminis hederæ coque in testa mali granati, cũ oleo rosato, & dextræ infunde, dolorẽ dẽtis sinistræ tollit, & ècõuerso.

Radix iusquiami nigri, fortiter calefacta, si applicetur denti dolenti, & radicibus eius, ci-

to cadit per se, caue tamen ne tangat alios dentes, quia omnes caderent.

Idem facit herba fricata super dentes.

Puluerem piretri confice cũ lacte titimalli, & galbano, & pone super dentes, dens frangitur, dolor tollitur.

Radice ebuli dentem frica, dolorem tollit.

Succum aphodilli pone in aurem, & tollit dolorem dentis partis appositæ.

Idem facit succus cicoreæ.

Radicem iusquiami coque in aceto, quod teneat in ore immissum, dolorẽ dentis tollit.

Vna radix maluæ amota denti dolenti, dolorem tollit.

Succus nasturtij positus in aure partis dolentis, tollit dolorem.

Extrahe sine ferro radicem, & tange cum ea locum doloris tribus diebus, & iterum repone eam in loco de quo eam eradicauisti, firmiter iuuat, nunq; ille dens dolebit.

Hysopus bulliatur in aceto, & inde fomentetur dens, dolorem tito tollit.

Radix pentaphylon, aut aqua decoctionis eius in ore posita, & quasi gargarizata, dentis dolorem tollit.

Decoctio foliorum tamarisci, dolori subuenit dentium.

Pul-

Pulvis factus de dentibus canis, appositus, dolorem dentium fugat.

Dens tactus cum dente canis, cito emittit.

Cerebrum perdicis cauo denti immissum, ipsum rumpit, & dolorem tollit.

Aqua uel uinum in qua decoquantur pruni, uel cortex radicis eius, ore sæpe loto, dentes & gingiuas firmat, & totum os ab omni querela defendit.

Succus radicis peucedani uel herbæ, foramini dentis iniectus, dolorem non admittit.

Ruta cocta in uino, & super dolorem gingiuarum emplastrata, siccando humorem, tollit dolorem.

Radix sparagi trita, & cum lana dolenti dēti admota, ipsum sine dolore extrahit.

Folia saluiæ super dentem dolentem, dolorem amputant, & dentes qui lædūtur à frigidis, confortant, ut à frigore non lædantur.

Si de pice cedrina, quæ classa dicitur, implens dentes cauos, ipsos crepari & rūpi faciet, & si diu tenueris in ore, dolorē omnino tollit.

Mastix mollificata cū albumine oui crudi, appositā gingiuis, iungit fissuras labiorum.

Epar stellionis super dentem dolentem positum, statim sedabitur dolor.

Recipe gallarum perforatarū sumach, granorum nitri, capellarū glandium dr. se. nitri

ſe. plantaginis añ. v. dr. i. uitrioli albi, alumi-nis fiſſi añ. dr. ℈. ſe. antepholi, & eſt extrema pars garyophili, & ſe. roſarum añ. dr. ℥. ſe. cõtundantur omnia groſſo modo, & bulliant in phiala una aquæ, cui imponantur xl. cimę rubi ferentis moras ad bulliendum, donec conſumatur medietas aquæ, qua colata & infrigidata, ex ea patiens ſibi os ſæpe colluat, quo facto imponat ſuper gingiuis & dentibus.

Item recipe camphoræ, & mitte in aceto eã bullire modicum, deinde teneat æger in os, & ceſſabit dolor.

Capilli hominis combuſti miſceantur cũ oleo roſato, & inũciantur in aurem, & ſedabitur dolor dentis.

Puluis coralli rubei, ponatur in foramine dentis, & eradicabitur dens.

Radix apũ à collo ſuſpenſa, ſedat dolorẽ dentium. Succũ hederæ terreſtris mitte in aurẽ eiuſdẽ partis qua dolet dens, eſt mirabilis effectus. Si dentes ſæpe lauentur cũ decoctione corticũ radicis bedegaris, dentes firmãtur, & gingiuæ corroſæ ſanantur.

Decoctio balauſtiæ, uel puluis earum appoſitus, idem facit. Puluis coralli appoſitus, eſt ſummus in conſortatione gingiuarum.

Maſtix maſticata cum uino, ore dolorẽ dentium tollit.

Radix marrubij potata uel masticata, ieiuno homine dolorem dentium cito sanat.

Folia fragariæ masticata, statim dolorem dentium tollit. Certum est & expertum experimentum.

Lignum fraxani acutum accende, & dum ardet impone denti cauo, prius repleto tyriaca, multum ualet.

Corpus ranæ, & proprie pinguedo applicata, facilem facit dentiū eradicationem, ideo dentes animalium sumentium eam, cadunt.

Gingiuæ fricentur cinere dentium delphini, multum iuuantur inde dentes, uel tanguntur ipso dente.

Radix piloselle portata, tollit dolorē dentium. Expertum & certum est.

Quædam herba formata ad modum dentium, quæ dicitur dens caballinus, apposita denti dolenti, dolorem tollit, sicut ego expertus sum.

Radicem nucum intrinsecā tere cum oleo, & succum mitte in aurem aliam, contra quam dentes dolent, & liberabitur.

Casula facta ex gummi celsi dente circumposita, dente putredinē sine dolore extrahit.

Spolium serpentis decoquatur in aceto, & acetum diu teneatur in ore.

Ciphus plenus succo millefolij gargarizatus ieiuno ore, dolorem dentium tollit.

Rasura radicis mori bulliatur in uino, & teneatur in ore, statim cessat dolor.

Idem facit uinū decoctiōis radicis hędere.

Tres uirgulæ arboris corni, quæ nondum fructum fecerunt, scindantur, & cum eis dens dolens tangatur sępe, statim dolor tollitur.

Tactus uirgularum arboris corni dolorem dentium tollunt.

Si granum unum salis inuolueris in tela alba araneę & imposueris dēti perforato, sanat.

Onos uermis est, multorum pedum, ideo multipeda dicitur, si acu tangatur pinguedo, & cum acu dens dolens tangatur, efficaciter dolor cessat.

Rostrum auis pici, collo portatum, dolorem dentium & uuluæ & squinantiæ curat.

CONTRA VERMES IN dentibus, ex Barbaris.

VAlet semen porrorum cum pice liquida, uel radix plantaginis apposita.

CONTRA DOLOREM DENtium ex rheumate descendente ad fauces.

Valet gargarismus cum uino & melle despumato, & synapio seu semine synapi pulue-

rizati

rizati ad inuicem mixtis.

Ad idem ualet gargarismus cum decoctione coloquintidæ.

Ad idem ualet applicatio dentis leporis ad dentem dolentem, seu suspensio dentis leporis ad collum patientis.

Ad idem, quando uidelicet caussa est frigida, ualet decoctio piretri zinziberis in uino ad dentes dolentes adplicata.

Ad idem, ualet masticatio origani decocti in uino.

Ad idem, ualet emplastrum factum de puluere olibani, uino albo & albumine oui circa tempora, & fauces adplicantur.

Ad idem, ualet pinguedo anatis syluestris, calida applicata.

Ad idem, ualet decoctio radicū capparis, cum aceto applicata.

Ad idem, ualet suffumigatio decoctionis seminis papaueris nigri, & thuris albi ad dentes patientis applicata.

Item ad eradicandum dentem absq; dolore, discerpatur farina tritici cum lacte ficuum, & apponatur calida ad dentem patientem, deinde apponatur de frondibus corrigiolæ maioris acutæ, & dimittatur ibi per modicum tempus.

Ad

Ad idem, ualet gummi oliuarum liquefactum, & denti adplicatum.

Ad idem, & ad omnia uitia dentium cum dolore, ualet decoctio galangæ & origani, cũ uino rubeo applicata.

CONTRA NIGREDINEM seu glaucedinem dentium.

Valet mastix, seu puluis eius, ad dentes nigros seu glaucos applicatus, & postea lambiendo masticatus, & quod hoc continuetur.

CONTRA DIFFICILEM exitum dentium, in pueris ut cito crescant dentes.

Valet suspensio dentis equi unius anni, ad collum.

Ad idem ut dentes in pueris citius crescant, ualet inunctio gingiuarum cum cerebro leporis syluestris, & quod hoc continuetur.

CONTRA PASSIONES dentium.

Primo contra inflationes gingiuarum fiãt uentosę circa scapulas cum scarrificatione, deinde coquantur in aceto albumen gallæ rosæ rubeæ, cum qua decoctione lauetur & fomentetur os & gingiuæ, ter uel quater in die, & istud debet continuari usq; ad finem curæ.

De

GINGIVARVM MORBI REMEdia. Ex Plinio Secundo.

Sectio. XXII.

	Lib.	Cap.
Scylla per se commanducata.	20.	9.
Piperitis, sic à gustu piperis appellata.	Eod.	17.
Portulaca commanducata, cruda.	Eod.	20.
Rosæ succus gargarizatus.	21.	19.
Acetum scyllinum.	23.	2.
Decoctum foliorum olearum cum melle.	Eod.	3.
Amurca.	Ibidem.	
Oleum omphacium.	Eod.	4.
Oleum myrteum.	Ibidem	
Oleum balaninum.	Ibidem	
Cytini siccati, tritiq;	Eod.	6.
Foliorum pruni decoctorum collutio.	Eod.	7.
Gallæ præsertim Comagenæ.	24.	4.
Fagi folia manducata.	Eod.	5.
Collutio decocti seminis corticis, & lachrymę lentisci.	Eod.	7.
Rubi sunt accomodatissimi.	Eod.	13.
Licium magnitudine fabæ deuoratum.	Eod.	14.
Folia polemonię & plātaginis cōmanducata.	25.	13.
Semen plantaginis.	Ibidem	
Aristolochia.		

Verbenaca

Verbenacã cum radice manducata.
Eiusdem decoctæ ex uino aut aceto collutio.
Quinq; foliũ radices ad tertias decoctæ uino aut aceto.
Si quinq; foliũ cinere fricentur.

26. 8. Astragali tusa radix utilissima fotu.
27. 12. Polygoni species commanducata.
31. 9. Sal Hyspanensis infricatus.
32. 10. Delphini cum melle dentium cinis.
Ibidem Et si ipso dente gingiuæ tangantur.
34. 11. Aerugo cum oleo.
Eod. 22. Chalcitis una cum farina.

GINGIVAE REMEDIA, Ex Dioscoride.

2. 89. Resina lentiscina mãducata gingiuas contrahit.
2. 132. Flos qui in mediis rosis inuenitur siccatus gingiuarũ fluxionibus efficaciter inspergitur.
2. 142. Oleum sylueſtris oliuæ humidis gingiuarum uitijs colluitur.
2. 148. Gallæ tritæ fluxiones gingiuarum cohibent.
2. 153. Mala punica ora gingiuasq; lędunt.
2. 154. Flos punici humidis gingiuarum uitijs medetur.
2. 176. Pruni folia in uino decocta gargarisatu gingiuas reprimunt.
2. 80. Butyrũ cum melle gingiuarũ pruritus emendat.

Aristolo

Aristolochia gingiuas extergit. 3. 5.
Pulegñ arefacti cineres gingiuas corroborãt. 3. 34.
Scyllinum acetum gingiuas humore pregnantes collutione stringit. 5. 18.
Vinũ Myrsinites contra gingiuas adhibetur. 5. 29.
Aerugo aliâs scolecia gingiuis prodest. 5. 83.
Rubigo ferri gingiuas firmat. 5. 84.
Chalcitis carunculã gingiuis enatã cõpescit. 5. 105.
Alumen gingiuas humore pregnantes comprimit. 5. 114.
Pumex gingiuas abstergit. 5. 116.
Alabastrites lapis gingiuas comprimit. 5. 144.
Smyris lapis gingiuis prodest. 5. 157.

AD VITIA QVAE IN CORpore nascuntur, nempe nomas & tonsillas. Ex Apuleio.

HErba Britannica sumpta uiridis cum lactuca, oris uitia sanat, & per se tritæ & expressæ succus in ore contineatur, & aliquid ex ea degluciatur adæque proficiet.

ADVERSVS GINGIVArum, & labiorum uitia, Ex Apuleio.

Eruci herbæ cauliculi teneri in uino decoquuntur, & ipsum uinum in ore continetur.

AD GINGIVAS SANGVINOsas, ex Galeno lib. de facile parabilibus.

Extremi-

Extremitates lentiſci & balauſtias coque in oxycrato, & collue.

Radicem rubi coque in uino & collue os, uel ſumach, & gallam coque in uino, & utere ſimiliter.

Recipe tartarum uini, & carbonem factum de ligno roſmarini, ana æqualiter & tere, & fac puluerem, poſtea unge digitū tuum in uino, & cum eo accipe de dicto puluere, & frica gingiuas, poſt hęc autem laua gingiuas fricando cum uino decoctionis ſaliuæ.

AD GINGIVAS TVMIDAS & ſupercarnatas. Ex Galeno lib. de facile parabilibus.

Succum portulacæ da retinere, uel aquam ſalitam oliuarum natatoriarū, uel oleum omphacinum calidum, uel lentiſcinum uel melinum. Sicca uero ſunt quæ proſunt, ærugo ferri aut æris.

Radix ariſtologiæ, ſemen arnogloſſæ, uiriolum aſſum, & balauſtię.

AD PHLEGMONEM GINgiuarum, ex Galeno libro de facile parabilibus.

Collue cum decoctione foliorum oliuæ, & appone gallam.

Coque in uino cocto, folia oliuæ & galla.

Ad

AD GINGIVAS DENIGRAtas & putridosas, ex Galeno Lib. de facile par.

Confert fricatio cũ tartaro, abstergit enim & mundificat & albificat.

APOSTEMATA GINGIVArum, ex Barbaris.

Flat collutio cum aquá rosarum,
Vel cum lacte acetoso.
Vel cum aqua myrti.
Vtatur decocto balaustiorum.
Valent & hæc.
Succus arnoglossæ.
Succus portulacæ.
Folia rubi masticata.
Collutio cum foliis arboris masticis, & oleo myrtino.
Succus Iridis.
Succus foliorum oliuæ.
Fex uini, & succus rutæ.
Multi curant tumores gingiuarum cũ butyro, & hoc est uerum in infantibus.
Alumen, Iamenum.
Calchotar.

AD DOLOREM GINGIVArum.

Mastica tribulum cum melle.

Gargariza zuccarum roſarum, cum uino uel aceto.

Valet alumen Iamenum.

Cornu cerui aduſtum, uel cornu capręad-uſtum, donec albeſcat, & illitum, abſtergit dẽtes, & ſanat gingiuas.

Succus fructus, & foliorum rubi.

Oleum de maſtice.

DENTES EX MACRO.

Paratella.

VVas ſedabit tumidas, dentiſq; dolorẽ.

Pirethrum.

Excruciat dentes ſi frigidus humor,
Maſticet hoc patiens, teneatq; diutius ore,
Et iuuat admixto ſi gargarizetur aceto.

DE DENTIBVS EX MA-

Plantago.

Sæpius hanc ipſam ſi dentibus atteris herbã,
Gingiuas reprimit tumidas, & ſanguine ple-nas.
Sicq; ſolet dẽtis cõpeſcere ſępe dolorẽ.

Roſa.

Ore diu tentum dentis ſedare dolorem
Dicitur.

Naſturtium.

De qua parte dolens dens eſt, infuſus in aurẽ
Succus remedio eſt.

Cepa.

Ma

Mane sibi dentes qui succo perfricat isto,
Dicunt huius dentis nunq; sentire dolorem.

Pastinaca.

Si circumscalpis dentes radicibus eius,
Dicunt ingenti persæpe dolore iuuari.

Origanum.

Dente diu tritum, solet inde fugare dolorem.

Aristologia.

Dentes putredine purgat.

GINGIVARVM REMEDIA ex Macro.

Pulegium.

Gingiuas sicci confirmat puluis & usti.

Aloe.

Linguæ, gingiuis, uitijs quoq; subuenit oris,
Si fricetur eo cum uino, melleq; trito.

De dolore dentium.

In quo decoquitur, si dens foueatur aceto,
Fertur ab immodico cito sæpe dolore leuare.

Borrago.

Ore tenta, solet dentis sedare dolorem.

Chelidonia.

Dentis ut affirmant, prohibet cõtrita dolorẽ.

Helleborus.

Ore diu tentum quo coxeris illud acetum,
Dentis non modicum dicunt sedare dolorẽ.

Iusquiamus.

Ore diu tepidum si contineatur acetum,
Quo sint decoctæ radices illius herbæ,
Dicitur immodicum dentis sedare dolorem.

Malua.

Radix admota dolori
Dentis, sedat enim.

ANGINAE REMEDIA, EX Macro.

Subuenit anginæ, melle, nitroq; iugatum.

Viola.

Anginis potæ medicantur aqua resolutæ.

VVVLAE REMEDIA.

Vrtica.

Vuæ non modicum poterit sedare tumorẽ
Ore diu clausus succus, si uoluitur eius.

DE LINGVAE REMEDIIS ET VITIIS CVrandis, ex Plin. Secundo.

Lib. Cap. Sec. 23.

21. 30 PArthenij seu perdicij solium, linguę subiectum.

24. 11. Rhuis seu Erythri semen, cum melle.

30. 4. Hirundines in mulso decoctæ.

31 9 Sal Hispaniensis, fractus, comminutusq;.

Lin

LINGVAE REMEDIA ex Dioscoride.

Lib. Cap.

ROhæ semen cum melle, asperitates linguæ abstergit. 1 149

DE LINGVAE NATVra, ex Octauio Horatiano. Libro quarto.

ET enim linguam fine suo naturali esse constituit: de hinc mollem, atque laxiorem: siquidem gustandi capacem. Sed sinu suo fabricatam: ne traducta ab aliquo qui in se esset succo, & rarefaceret, & iudicium eorũ qui extrinsecus irruerint, subuerteret. Mollem autem factam, quo facilius, seu celerius per eam sensifica uirtus currens gustata apprehenderet. Laxioris uero naturæ atque raram, quò celerius præuenta transuoratione eorum quę sumuntur, iudicium fieret.

ADVERSVM APOSTEma linguæ, quod ranulam uocamus, ex Barbaris.

FRica locum cum sale Armeniaco & Gallis.

Valet atramentum ustum, mixtumq; cum hermodactylo, & appositum.

Fricetur lingua cum origano, corticibus granatorum & sale.

Dragãtum aduſtum cum hermodactylis, & albumine oui.

Valent omnes medicinæ fortes alcolæ. Si hæc nõ iuuarint, cum uncino extrahas, & cũ nouacula excindas.

Vide de hoc Albucaſim & Chyrurgos.

ADVERSVS APOSTEmata Amygdalarum ſub lingua.

VAlet collutio & gargariſma cum lacte.

Ouum crudum deuoratum.

Aqua ſolatri gargarizata.

Semen roſarum, & folia eius.

Linitio palati cum melle, uel gargariſma.

Gargariſma ex parietaria.

Cedria illinitur.

Gargariſma ex melle, fabacea farina, & farina fœnogræci.

Succus cucumeris aſinini, centaurea.

Et nitrum rubeum cum melle.

Vel mel cum ſale.

AD DOLOREM linguæ.

VAlent omnia quæ dicta ſunt in dolore gingiuarum & oris.

Decoctio pentaphylli, & radicis eius.

Gargariſma ex decoctione ſumach, foliorum

rum myrti, & rosis.

CONTRA PASSIONES linguae.

PRimo contra immobilitatem linguę seu paralisim linguae ualet decoctio acori, & saluiae, in uino ad linguam apposita.

Ad idem, ualet puluer castorij diu in ore retentus.

Ad idem, ualet semen synapis masticatum, & ad linguam adpositum.

Ad idem, ualet semē nasturtij masticatum, & in ore diu retentum, & ad linguam adplicatum.

Ad idem, & ad omnem paralisim ualent à sua proprietate, istae tres herbae, qualitercūq; adplicatae, Acorus, Saluia, Sticados, siue ex ijs fiat syrupus, ipsum lambiendo seu bibendo, siue quouis alio modo applicando.

CONTRA EXCORIATIONEM linguae.

VAlent ista, quae dicta sunt superius, paragrapho de passionibus labiorum, cōtra excoriationes interiores oris.

SICCITAS LINGVAE, ex Vigonio.

BVglossae radix sub lingua tēta, infusa pri

us in uino granatorum, siccitatem linguę reprimit.

DE FAVCIVM REMEDIIS EX PLINIO SECUNDO.

Sectio 24.

Cap.	Lib.	
20	22	SInapis succus cum musto absorptus, manus plenæ mensura.
22	9	Glycyrrhiza decocta ad tertias imposita.
Ibidem		Eadem & tusa.
22	24	Mellis gustus.
22	25.	Furfurum gargarizatio.
24	6.	Styrax.
26	4.	Succus de quinquefolio gargarizatus.
26	6	Radix Cacalię commanducata, & in uino madefacta.
27	4.	Decoctum radicis Aethiopis.
27	6.	Alum seu symphyton petreum.
28.	9.	Lac bubalum gargarizatum.
28	12.	Spinam aliudue faucibus adhærens, felis extrinsecus fimo perfricatis, aut reddi aut delabi tradunt.
30	4.	Ouilli lactis gargarizatio.

FAVCIVM REMEDIA ex Dioscoride.

	Lib.	Cap.
RIcinum oleū contra fauciū scabriciē ualet.	1.	65.
Palma esu faucium asperitati medetur.	1.	151.
Omne lac decoctum exulcerationibus faucium prodest.	2.	75.
Sitaniorum farina contra exasperationes faucium efficax est.	2.	95.
Laserpitium ueteribus faucium scabritijs opitulatur.	3.	93.

AD FAVCES LIMPIDANdas. Ex Plinio Valeriano. Lib. 1. Cap. 47.

DRaganti uncias tres, uuæ passę innucleatæ quatuor, nuclei duas, croci unam, mellis despumati quantum sufficit accipies, & ex eo mane & fero coclearia singula sumes.

Lini seminis frixi, nuclei cardamomi, Iris glyciriz æ succum ana unciā unam, cum melle despumato miscebis, & accipies ut supra.

Glyrrhicæ succum unciam unam, myrrhę deñ. duos, draganti deñ. unum, croci tres, mellis thymini quantum sufficit. Dragantum autem in passo infundes, & sic teres, miscebisq; omnia cum melle, & accipies ut supra.

AD VSTVRAM PALATI siue faucium. Ex Plinio Valeria-

no, Libro.1. Cap.48.

TEres crocum & florem roſę cum nucleolo & pineæ granis duodecim diligenter, & miſcebis cum melle deſpumato, & uteris.

AD FAVCIVM DOLOREM,

Ex Plinio Valeriano Lib.1. Cap.46.

AMomum teres ſubtiliſſime & cum melle Attico uteris.

Itemq; ſolium, coſtum, alumen ſciſſum, ſpicam nardi, crocum, florem roſæ gallam, omnia æquis ponderibus in puluerem molliſſimum rediges, & cum melle deſpumato uteris.

Si autem uulnera intra os quaſi alba nata fuerint.

Primum de uino ueteri os collues & ſic puluerem impones.

Lac ouillum gargarizatum prodeſt.

Fimus columbinus tritus ex paſſo gargarizatus prodeſt.

Cortex maligranati trita & cribrata ad uncias tres, ſimiliter roris marini unam, ſimiliter ſenoticæ granorum, quod de Aphrica uenit unam, gallarum Aſianarum cribratarum puluerem numero ſex, piperis grana xxiiij. trita omnia ſimul miſcebis cum melle deſpumato, & primo digito deduces, dehinc penna linies, ſed & de ipſo puluere inflabis per cannulam

in fauces

in fauces, ei hoc facies uel ter uel quater in die, quia optime curat. Emplastrū ad synanchen. Taurinum adipem, & seuum ursinū pari pondere conficies & uteris. Furfures item siligineas in aqua mulsa decoques, & gargarizabis, & si inflans est sanguis, de ceruice extrahitur. *Emplastrū ad Synanchen.*

AD FAVCIVM DOLOrem, ex Apuleio.

HErbæ Crisios radicem si quis collo portauerit, fauces ei nunq; dolebunt.

ADVERSVS APOSTEMAta faucium, ex Barbaris.

VAlet gargarisma ex succo papaueris nigri syluestris, & coriandri.
Emplastrum ex psilio, aqua rosarū & aceto.
Succus mororum mixtus cum melle.
Grana staphisagriæ cocta cum aceto.
In declinatione ualet. Succus sinapis cū melle.
Linitio facta cū litio dissoluto in aqua mellis.
Inunctio faucium cum cedria.
Pix humida illita.
Mel cum sale mixtum.
Valent & alia quæ dicta sunt de ore.

VVAE FAVCIVM REMEDIA.

Sectio. XXV.

Cinis

20. 9. Cinis radicum brassicæ erraticę.
Eod. 14. Mente succus gargarizatus adiecta ruta & coriando ex lacte.
Eod. 17. Succus Heraclij.
Eod. 18. Anethi semen.
Eod. 22. Sinapis gargarizata cum aceto & melle.
22. 13. Amaritudo mordax urticę tactu.
Ibidem Succus eiusdem gargarizatus.
Eod. 23. Laser.
23. 6. Cytini.
Eod. 7. Cinis cauliculorum caprifici.
Ibidem. Fici siccæ.
Ibidem Foliorũ pruni decoctũ facta subinde collutio
Ibidem ne. Succus mororũ cũ omphacio arido, myr
ha, croco.
Eod. 8. Decoctum baccarũ, foliorumue lauri, in aquę sextarijs tribus, calidæ gargarizatum.
Ibidem Similiter gargarizatio decocti foliorum Delphica laurus.
24. 4. Gallarum genera.
Eod. 7. Liquida pix intus peruncta.
Eod. 13. Ruborum siccatorum & crematorum cinis.
Eod. 14. Cinis quoq; è radice Cynosbati.
32. 6. Testæ ostreorum cinis.
34. 12. Chalcitis cum farina.
35. 15. Alumen, efficatius ex insula Melo aduectum.

AD VVAM DISTILLAN-

tem

AD VVAM DISTILLANtem & ad fauces tumentes. Ex Plinio Valeriano. Lib. 1. Cap. 43.

GOrium de nuce uiridi tundes & expri-mas succi uncias sex, mellis unam, & coques donec spissetur, & ex eo cochlear unum, patiens ieiunus gargarizet.

Cumularum oliuæ fasciculum unum, coque in aqua fontana ad medietatem & gargariza.

Item ad reprimendā uuam & gingiuas tumentes. Betonicā in aceto decoques, & in ore diu continebis, calidumq; gargarizabis.

Vuam iacentem uel distillantem succo herbæ absynthij subleuabis.

Testarū ostreæ cinere addito melle illinies.

Et item garum optimū cochlearī subijcito.

Radicis itē brassicę cinere tecta reprimitur.

Itēq; sinape gargarizato, cū aceto & melle.

Item rubi in quibus mora nascuntur, cauliculi decoquantur ex uino, & ex ipso uino gargarizetur.

Succus urticæ gargarizetur.

Heronis item cinis cum melle illinitur.

Puluere gallæ, & aluminis scissi, & yris flore æqualiter mixtis ieiuno uuam subleuabis.

Confectio anthera quæ ad uuam subleuandam

dam & ad omne rheuma facit.

Recipit cyperi uncias quatuor, croci deñ. tres, omnia teres & cribrabis & in puluerem rediges. Item aliter anthera. Recipit deñ. unũ, Yreos unciam unam, flos roſæum quatuor, coſti deñ. unum, Gallæ tantundem.

Item aliter. Florum roſæ uncias duas, croci magnati duas, alumínis ſciſſi deñ. unum, gallas numero quinq;, balauſtiꝫ unciam unam, yris unam, ſandaracæ deñ. unum, & ſemis.

Item yricon antheron. Recipit cyperi drachmas octo, myrrhæ duas, croci unam, balauſti. unam, ſciſſi duas, florum roſæ unam, ſandaracæ quinq;, yris quatuor.

Item aliter. Cyperi uncias duas, florum roſæ deñ. unum, croci unum, gallæ unum, myrrhæ duos, ſandaracæ duos, alumínis ſciſſi duos, yris duos.

Confectio antherę ad uuam leuandam. Recipit yris ſemiunciam, ſandaracæ ſemiunciã, iunci radicis ſemiunciam, myrrhæ deñ. quatuor, florum roſæ ſex, gallæ ſex, ſtyptiræ ſex, croci magnati ſex, omnia teres & cribrabis.

Aliud uua ne moleſta ſit. Braſſicæ folium crudum leuiſſime tritum exprime, ex eo ſucco uuam tangito, continuo ſubſidet.

Item ad uuam reprimendam. Pruni ſylua-

tici

tici folia decoques ex uino austero & subinde gargarizabis.

VVAE REMEDIVM,
Ex Apuleio.

ERusci herbæ folia arefiant in umbra crematorum cinere in cochleario tacto refiliet, præsentaneum est.

VVAE FAVCIBVS, COLLO, & quæ mollienda sunt, medendis.
Ex Q. Sereno Poeta.

AEgrescunt tenerę fauces, cũ frigoris atri
Vis subijt, uel cum uentis agitabilis aer
Vertitur, atq; ipsas flatus grauis inficit undis
Vel rabidus clamor fracto cum forte sonore
Planum radit iter, sic est Hortensius olim
Absumptus, cauſſis etenim confectus agendis
Obticuit, cum uox domino uiuente periret,
Et nondũ extincti morereturlingua diserti.
Ergo omni studio quæres inhibere dolorem,
Simplicibus lymphis confunditur aereũ mel,
Additur excussus niuea, similagine furfur,
Decocta hæc clauso simul exarcentur in ore,
Præterea fauces extrinsecus ungere prodest
Vrsino & tauri seuo cęterisq; remissis,
Omnia quæ geminis æquabis lancibus ante.
Discę etiam mirã ex humili medicamine curã
Actiaco melli iungas agreste papauer,

Deco-

Decoctũq; simul mãdes, mansumq; uorabis.
Criniti porri radices quinq; coquantur,
Hinc aqua non feruẽs uoluatur fauce sonora,
Nec tamẽ in stomachũ descẽdat gutta patentẽ
Si uero adflictam languor deiecerit uuam.
Tũc horas aliquot pronus recubare memẽto,
Aut illam puluis tosti releuabit anethi,
Aut cinis ex cochlea, uel torrida brassica flammis.
Anginam uero mistum sale poscit acetum
Quod refert clauso uersatum agitare palato.

DE VVVLA EX MACRO.

Vrtica.

VVæ non modicum poterit sedare dolorem
Ore diu clausus, succus siuoluit eius.

Piretrum.

Hoc modo tumidum reprimit de phlegmate linguam.
Sic uuã releuat humore pondere pressum.

Paratella.

Vuas sedabit tumidis, dentisq; dolorem.

CONTRA EXCRESCENTIam Vuulæ intus in gutture,

Ex Barbaris.

VAlet puluis piperis & puluis adusti in duplo tantũ qui puluere mixti cum spatula

tula apponatur mane & sero qualibet hora, quinq; uel sex uicibus ad excrescentiam uuulæ, & hoc continuetur.

Aduertendum q̄ in hoc casu, tam in cura uuulæ q̄ in cura squinantiæ, summe ualet abstinentia, & maxime à potu.

Sudor, & illa quæ dicta sunt in paragrapho de rheumate, quæ liquido patent ibi.

Etiā in hoc casu ualet phlebotomia de mediana, si corpus sit ualde plectoricum, supponatur tamen p̄missa euacuatione corpus cū clysterī sortis attractatione.

ADVERSVS APOSTEmata uuulæ uel epiglottidis, ex Barbaris.

GArgarismus factus de decoctione prunorum & ramorum eius.

Coquatur folium eius in uino, & fiat gargarismus.

Acetum minorat uuam, & abscindit, gargarisma ex eo factum.

Valent omnia, in quorum foliis uel germinibus inuenitur aliqua stipticitas manifesta. cum coquuntur gargarizando, fiunt iuuatiua phlegmonum, quæ sunt secundum uuulā, & parischmia.

In augmento conueniunt ista, si ex succo so

liorum ebuli fit gargarisma cum eo.

Gargarisma factum cum aceto decoctionis lapaci, & radicis eius.

Pix humida uuulæ intincta cum penna, sibi medetur.

Succus origani uiridis gargarizatus, tumorem faucium tollit, & uuulæ, & uulnera oris curat.

Gargarisma ex succo foliorum urticę, medetur uuulæ.

Aloes est conueniens adustioni & inflationi factæ in uuula.

Assa efficit operationem fœnugræci in apostematibus uuulæ.

Capita piscium salitorum, conferunt uuulæ apostematibus.

Quando sal miscetur cum melle confert apostematibus uuulæ, & duarum amygdalarum, & ad cursum humiditatis, ad gingiuas.

Iuuamentum maximum est, ut sumantur fila, & proprie tincta cum sanguine uiperæ, & præfocetur cum eis uipera, deinde circumdetur eis collum eius qui habet aliquid horum apostematum, illud enim confert, iuuamentū mirabile, bonum.

Cinis radicum anethi, uuulam inflatam eleuat & exiccat.

Cum

Cum autem propter humiditatem superfluam uuula est augmentata, cum alumine dissoluto fiat gargarismus, aut cum ipso, & melle fiat linitio.

Sed si contingat ipsa apostemata non posse resolui, sed amplius tumescit, & dolor multiplicatur, perueniendum est ad gradum maturationis, sicut apozima dactylorum, ficuū, & uuarum passarum, & radicum lilij, & quādo permiscetur eis aliquid de confortantibus ipsum membrum, ne cadat putrefactio in integrum ipsius, & destruatur ipsum membrū. Verbi gratia: sicut est balaustia, mirta, cyperus, ro. & similib, & quodcunq; horum uidebitur magis oportere, ponatur. Et postq; fuit maturatum, aperiatur & mundificetur, & cōsolidetur.

ADVERSVS DOLOREM uuulæ, ex Barbaris.

TOta terrestris testudo combusta, & cum melle illinita, dolorem uuulæ sanat.

Radix caulis euulsa, quæ postea non tetigit terram, suspensa in collo patientis, cæteros morbos uuulæ tollit.

Spina arabica secūdum omnem modū administrationis, confert dolori uuulæ.

Eandem habet uirtutem ſpina alba, ut Aromatica.

Succus mororum, maxime coctorum, cũ ſaba & modico zuccaro, ad gutturis & fauciũ dolorem multum confert.

Valent omnia, quæcunq; ualent dolori oris, & gingiuarum, & lingnæ.

DE VVVLA LEuanda, ex Barbaris.

SI uuula nimis relaxetur, fiat unctio, ſi competit, & poſt fiat gargariſmus cum aqua decoctionis balauſtiæ, & aceto, & cupularum glandium, & ſimilibus, fiat puluis de pipere, & acatia, ſupponatur uuulæ cum police.

Impleat teſta uncia media de pice, galbano & calamẽto oppoponaco, & pone fõtinellæ colli poſt occipitiũ, multã eleuat uuulã attrahẽdo, & melius erit, ſi ponat alia pars ſimiliter in uertice capitis raſo.

Totum ouum bene coctum, remoto cortice, preſſum aliquantulum apponatur uertici.

Conficiantur, gummi, rutæ, ſemen ſinapis, thus. pix, oppopanacum, galbanum, & calamentum, actualiter ponantur in cronico morbo.

Cau-

Cauterium cum auro, est ultimum remedium.

Cinis radicum caulium cõbustorum, subiectus uuæ, eam leuat, siccando humores.

Pulegium, cum aceto tepidum datum potui, & naribus applicatum, loquelam cito amissam, restituit statim.

GVTTVRIS MORBI REMEmedia, ex Plinio Secundo.

	Lib.	Cap.
Sectio 26.		
LEns ex posca cocta.	22	25.
Hchoines succus cum pſimmythio.	22	17.
Siccæ fici.	23	7.

STRVMAE GVTTVris remedia.

Item & strumis in generali.

Item exulceratis & uon exulceratis.

ALlium.	20	8
Brassica syluestris, in aqua contrita.	20	9
Scyllæ folia.	Ibidem.	
Nasturtium album cum lomento illitum, opertumq; brassica.	20	13.

Ibidem. Ruta syluestris cum hircino, & adipe suillo, ac taurino sæuo.

20 14. Mentastri succus illitus.

20 15. Radix capparis.

20. 17. Heraclij radix cũ oleo, aceto, & farina hordeacea.

20 21 Malua quæ unum caulẽ habet, addita hominis saliua.

Ibidem Altheæ folia, ex uino albo decocta & illita.

Ibidem Lapathum cantherinum cum axungia.

Ibidem Marrubium cum adipe impositum.

20 22. Iris syluestris, quam xyrin uocant.

21 20 Folia mellissophylli, siue mellitanę, illita.

Ibidem Leuchante celso perdicium & muralium illitum, cum axungia inueterata.

21 30. Herba, quam centumcapita, uocant.

22 8. Radix tribuli, caste pureq; collecta.

22 10. Laminum herba cum mica salis.

22 14 Eiusdem folia cum axungia.

Ibidem Adiantos candida & nigra.

22 21. Asphodeli folia, decocta cum uino.

22 22. Eiusdem radix, admixta Cachry ex uino.

Ibidem. Bupleuri folia cum sale & uino.

Ibidem. Silphij radix cum cera.

23 23.

Farina ex hordeo cum pice, & impubis pueri urina. 22 25.
Aerina farina cum fimo columbino, & lini semine decocta in uino. Ibidem
Lens in aceto decocta. Ibidem.
Lupini syluestres & satiui, in aceto cocti. Ibidem
Folia fici illita. 23 7.
Fici quæ non maturuere, illinuntur. Ibidem
Viscum è robore. 24 4
Pilulæ cupressi cum farina impositæ. 24 5.
Eius succus cum fermento. Ibidem
Galbanum impositum Ibidem
Styrax illita. 24 6.
Rosmarinum cum aceto illitum. 24 12
Echitis folia strumas suppurant, axungia adiecta percurant. 24 25
Veratrum nigrum, tritum & impositum. 25 5
Senecionis species tosta cum mica salis. 25 13
Ranunculi species, quam ob id strumã uocant. Ibidem
Plantago. 26 5.
Chelidonia cum melle & axungia. Ibidem
Quinquefolium.
Radix persolatæ.
Artemisia.
Radix mandragoræ ex aqua.
Sideritis lata folia.

Damasonij, quæ & alcea, impositum ex aqua cœlesti, folium tritum, uel radix cum axũgia tusa, ita ut imposita folio suo operiatur.

Condurdon herba solstitialis, in collo suspensa.

Bellis cum arthemisia illita.

26 8 Potamogeti radix.

Ibidem Capnos.

27 8 Cucubali folia trita, & illita.

27 9 Galeopsidis folia, caulesq;, ex aceto trita & imposita.

28 9. Axungia admixta farina è salsamẽtaria testa.

28 12 Fel aprinum uel bubulum, tepidum illitum.

Ibidem Coagulum leporis è uino in linteolo impositum.

Ibidem Vngulæ asini uel equæ cinis ex oleo, aqua illitus, & urina calefacta.

Bouis ungulæ cinis ex aqua.

Fimum quoq; feruens ex aceto decoctum, testesq; uulpini.

Seuum bubalum cum oleo.

30 4. Pullę hyrundinis & mustelæ cinis, cum pane aut potu datus.

30 5 Mustelæ sanguis.

Mu

Mustela decocta in uino & admota. Ibidem
Eadem in cibo sumpta.
Vel cineri eius sarmentis combustæ miscetur axungia.
Lacertus uiridis adalligatur post dies triginta alium oportet adalligari.
Cochleæ cum testa sua tusę illiniuntur, maxime quæ frutetis adhęrent.
Succus ex Asphodeli foliis tusis expressus aut decoctus odorem corporis iucundum affectantibus, cum iri arida & sale exiguo utilis est.
Cinis aspidum cum seuo taurino impositus.
Anguinis adeps mixtus oleo.
Anguium cinis ex oleo illitus, uel cum cæra.
Eduntur quoq; abscisis utrunq; extremis artubus.
Cinis potus in nouo fictili ita crematorum & gryllū illinire cū sua terra defossum suadēt.
Fimum columbinum per se cum farina hordeacea, uel auenata ex aceto.
Talpæ cinis ex melle illitus.
Vermes terreni totidem quot sunt strumæ ad alligati.
Testæ ostreorum crudæ tusæ. 32. 6.

AD GVLAE ET CERVICIS dolorem. Ex Plinio Valeriano

Lib.1. Capite.54.

ADipis anserini perunctio remollit, eodē modo adeps gruis, farinæ lini seminis, nitro adhibito, ex uino calido in modum malagmatis temperatur. Farina hordeacea cum fico tuso, lenticula in aceto discocta, fici folia, & ipsa poma immatura cōtrita, amoniacum cum melle impositum, iuniperi semen ex oleo illinitur, folia alni uel allei ex aqua feruenti remedio sunt. Tumor ouorum lutea cum adipe anserino & rosaceo, fel taurinum uel caprinū illinitur, butyro aut adipe ursino perfricātur, opistothomia leuatur, lacte caprę auribus insuso, fimus caprinus cum bulbis illinitur, opistothonicis ex miliuio cinere arido, tres obuli in tribus cratis aquæ mulsæ bibendi dantur. Ad hæc lupinus utiliter illinitur, in ceruicum dolore poplites utiliter fricantur, & è diuerso in poplitū dolore ceruicē fricari remediū est.

De calastico uenditiam gulam confricabis, hoc & ceruicis dolorem & neruorum contractiones curat.

STRVMIS PROFLIGANdis. Ex Plinio Valeriano, Lib.7. Capite.29.

CAprifici corticem intumescentē puer impubis si detracto ramo tollat dentibus, &

& medulla ipsa alligetur ante solis ortum prohibere strumas constat. Echinnorũ testę contusæ cum alumine ex oleo, folia hederæ, marrubium cum adipe, lens in aceto discocta, lupini ex aceto cocti tritiq;, folia fici, & ficus immatura unà tusa imponuntur. Succus pillulæ cupressi ex fermento, galbanum per se exulceratis strumis imponitur. Mustelæ sanguis illinitur. Mustela ex uino discocta imponitur. Cocleę cum suis testis tusę ad hoc faciunt optime, quæ salicibus adhęrent.

Cinis aspidis cũ seuo taurino imponitur.

Adeps anguis mixtus oleo. Anguium cinis ex oleo, esse eos quoq; præcipitur, abscissis à capite & cauda digitis quaternis, aut cinerem crematorũ bibere. Aliqui fimum columbinum imponunt, alij mixta hordeacea farina ex aceto acri.

Talpæ cinis ex melle imponitur.

Iecur talpę quidam inter manus tritum circumliniunt, & triduo non abluunt.

Talpæ capita præciduntur, & cum terra egesta à talpis conteruntur, & in pastillos redigunturq; seruantur in stagnea pyxide, utiles ad omnia apostemata.

Vermes terreni totidem quot sunt strumæ alligati cum his pariter arescunt, circunligan-

tur

tur lino quo uipera ſuſpendio occiſa eſt, mil-lepedæ imponuntur, addita reſinę quarta par te, & non ſolum ſtrumas ſic curari præcipiũt, ſed & omnia apoſtemata.

Cals uiua cum reſina liquida, uel adipe ſuillo, addito melle, ſtrumis utiliter auxiliatur.

Cinis ungulę aſini uel equi ex aqua & oleo illinitur.

Bubulum ſeuum ex oleo imponitur.

Ebuli folia conteruntur, & mixta cum fece ceruiſiæ ſuperadditis foliis eiuſdem ebuli illud alligatur.

Fel aprinum uel bubulum tepidum illinitum diſcutit.

Vrticæ radices in aceto coctæ & tritæ, & in modum cęroti impoſitę diſcutiunt, maturas aperiunt, & omnes radices extrahunt.

Viride naſturtiũ cum lomẽto ſabacio contritum adhibetur, & deſuper folia hederæ uel braſſicæ apponuntur, ſtrumas tollit, bulbi quoq; ex melle triti tepidi imponũtur, & alia die cauliculi ruborum teneri cum foliis ſuis ex uino decocti tritiq;, hæc alternis diebus & uicibus impoſita, ad ſanitatem producunt.

Sinapis ſemen cum fabæ pari portione in aqua coctum & tritum, atq; impoſitum ſtrumas ſanat.

Cancri

Caneri quoq; fluuiatilis cinis tritus cum melle & impositus discutit.

Fimus item eius cũ aceto coctus idem facit.

Medicamentum ad strumas. Recipe aphroniti libram unam, resinę frixæ unam, terebynthinæ uncias sex, cæræ sex, amoniaci quatuor, calcis uiuæ duas, olei rosati quatuor. Ad strumam uero claudendam. Axungia cum urtica trita & imposita optime facit, & claudit uulnus. Item radicis cortices coctæ cum aceto & contusæ imponuntur strumis incipientibus, discutiunt, maturant, aperiunt, & ita educunt, & omnibus radicibus extractis ad certissimam sanitatem perducunt. Porrò ad suggillationes urticæ folia teres & impones.

Emplastrum ad strumas. Recipe olei ueteris uncias sex, cæræ sex, herbæ cydaminis sex, floris aphronitri sex, oleum uero, resinam & cæram in cacabo resolues, postea mittes puluerem cydaminis, & agitabis donec unitas fiat, deinde adĩcies florem aphronitri, & cõtinuo depones, ubi refrigerauerit, finito nono inductum pones quandiu pus reddat. Quum aũt uideris exinanitum esse facto cęroto curabis.

CONTRA PASSIONES gutturis, ex Barbaris.

Primo apostema in gutture, quod dicitur barbare

barbare squinantia, ualet stercus pueri, lac sugentis, calidum ad apostema intrinsecus applicatum.

Ad idem ualet stercus album canis comedentis ossa, bibitum.

Ad idem ualet gargarismus cum succo mororum recentium, uel si non habeatur succus talis, loco eius syrupus dyamoron, cui addatur de synape electo.

Ad idem ualet puluis piperis, & piretri, in naribus insufflatus.

Ad idem ualet stercus albũ canis conquassatum, & cum felle taurino mixtum, & ad locum pacientem applicatum.

Ad idem ualet fel omne, cuiuscunq; animalis applicatum.

Ad idem ualet cinis cauliũ magnarũ combustarum, cum melle appositus.

Ad idem ualet hyrundo cõbusta & puluerizata, & ad locum patientem in gutture applicata.

Ad idem ualet piper & galbanum puluerizata & apposita.

Ad idem ualet stercus pueri, mixtũ ordei & semine lini, in aceto calido posita & adplicata.

Ad idem ualent baccæ lauri, pulegium cyminum, de quolibet uncia una, calcis uiuæ co

clear

clear unum, quæ omnia terantur, & cribrentur & cum melle misceantur, sic quod ex eis fiat massa, & apostemati apponatur.

CONTRA ASPERITATEM gutturis seu raucam uocem, ex Barbaris.

VAlet decoctio herbæ pentaphylon gargarizata.

Ad idem ualet decoctio siseleos uel radicis eius gargarizata.

DE TONSILLARVM REMEDIIS.

Sectio. 17.

	Lib.	Cap.
MEnte succus cum alumine.	20.	14.
Succus rosæ gargarizatus.	21.	19.
Helxine cum rosaceo.	22.	17.
Mellis usus.	Eod.	24.
Furfures tritici gargarizati.	Eod.	25.
Omphacium.	25.	in prol.
Balaustium.	Eod.	6.
Pruni folia in uino decocta ore subide colluto	Eod.	7.
Pixillita cum melle.	24.	7.
Rubi sunt accomodatissimi.	Eod.	13.
Succus licij, magnitudine fabæ deuorati.	Eod.	14.
Aron herba elixa imposita.	Eod.	16.

Verba

26. 4. Verbascum in aqua potum.
28. 4. Cinis excrementorū hominis, quod medicamentum Aeschines botrion uocabat.
Eod. 12. Renes uulpium aridi cum melle triti illitiq;.
30. 4. Hirundinum cinis cum melle.
Ibidem Lactis ouilli gargarizatio.
32. 4. Fel testudinum.
Eod. 6. Testæ ostreorum cinis admixto melle.
34. 11. Flos æris cum melle admotus.
Eod. 12. Chalcitis cum farina.
35. 15. Alumen præcipue Melinum.

DE TONSILLARVM VLtio. Ex Plinio Valeriano. Lib. 1. Cap. 45.

VItium quod tonsillas appellāt, ex utraq; gutturis parte, & faucium fit. His, lactis ouilli calidi gargarizatio prodest. Fimus columbinus tritus ex uino passo gargarizatur.

Ficus crida & nitrum unà teruntur, deinde faucibus adliniuntur. Asperitatem faucium emendat & destillationem, allium tritum ex pusca gargarizatum.

Cocleæ demptæ, tantum coqui debent inlotæ, deinde conteri & in passo dare potui.

Si quis fimum ouillum contriuerit manu sua, uel alienas tonsillas leuabit.

Lac caorinum cum myrrha decoctū & sale exiguo

exiguo gargarizabitur.

Tonsillis priuatim medentur renes uulpis aridi, cum melle triti & inliti.

Hirundininus cinis ex melle, ab interiore parte tonsillis inlinitur, lini semen, & anetum in oleo & aqua decoctum imponitur, & acetū gargarizatur.

Rubi in quo mora nascuntur, caules teneri tunduntur, exprimitur succus ex his, qui in sole ad crassitudines mellis coquitur, hic inlinitur ab inferiore parte, mire prodest.

Herba quæ nascitur super spineta rustica, efficacissime bibitur in aqua, ubi mus decoxerit, & uermi nacia imposita prodest.

Caninum corium ter collo circundatur, fimus columbinus, uinum, oleum, in unum trita, inlinitur.

DE ANGINAE REMEDIIS, EX PLINIO Secundo. Sectio. 28.

	Lib.	Cap.
ELaterium cum melle & oleo uetere illitum.	20	1
Succus ceparum, cum ruta & melle.	20	5
Allium tritum, impositumq;	20	6
Idem gargarizare prodest.	*Ibidem*	

D Nepe-

20. 14. Nepethę radix cum myrti semine, in passo tepido gargarizata.

20 17. Anisum cum melle & hysopo, ex aceto gargarizatum.

20 22 Serpillum drachmis quatuor datum.

Ibidem Lini semen in aqua & oleo decoctum, & cũ anisо illitum.

21 19. Violæ purpureæ ex aqua potæ.

22 23. Laser si gargarizetur.

22 24. Mel.

23. in pro. Omphacium.

22 2 Oxymel calidum gargarizatum.

Ibidem Fex aceti.

23 8 Nuces iuglandes sumptę cum ruta & oleo.

24 7 Pix cum melle.

Ibidem Pix liquida intus peruncta.

24 13. Succus caulis rubi, potus aut illitus.

24 19 Herba quæ gignitur supra fimeta ruris, ex aqua pota.

Ibidem Succus herbæ impiæ, lacte uinoq; admixto.

26 4. Argemonia sumpta ex uino.

Ibidem Peucedanum cum coagulo uituli marini æquis partibus.

Proserpinaca cum muria, & ex oleo trita, uel sub lingua habita.

Succus de quinquefolio potus, cyathis tribus.

Suc-

Idem succus, omnium faucium uitijs medetur, gargarizatus. Ibidem

Absinthium cum melle & nitro appositum. 27 7

Proserpinaca contrita, addita muria & oleo eximie iuua. 27 12.

Sanguis hominis, ex quacunq; parte emissus, illitus. 28 4

Cameli fel, cum melle potum. 28 8

Fel taurinum uel caprinum, cum melle illitum. 28 12.

Anserinum fel, cum elaterio & melle. 30 4

Nitrum post coctionem, pice liquida dilutum, sorbendum datur. 31 10

Chrysocolla mixta cum melle. 33 5

STRVMARVM, TONSILLARVM, gutturis, anginæ, & uuæ remedia ex Dioscoride.

OLeum Cyprinum anginæ medetur. 1 64.

Irinum oleum anginæ illinitur, aut ex aqua mulsa gargarizatur. 1 65

Bdelium durities & turgentia guttura cũ ieiuna saliua impositum, discutit. 1 180

Pix cum farina hordeacea, & pueri imputris urina decocta, strumas rumpit. 1 92.

Cedria anginæ perunguntur, item tonsillarum inflammationibus auxilio est. 1 105.

1 134 Licium tonsillas sanat.

1 176 Pruni folia gargarizata, uuam & tonsillas fluctione laborantes, reprimunt.

1 182. Morus facit ad nomas, & tonsillarum inflammationes, addito mellis exiguo.

1 183 Fici gutturi aptissimæ.

Ibidem Ficuum decoctum, tonsillarum inflammationibus gargarizatum prodest.

2 18 Viperinæ carnes increscentes strumas reprimunt.

2 27. Mustelæ domesticæ sanguine perũctę strumæ iuuantur.

2 37 Millepedas illini, anginis utilissimum.

2 44 Vngula asini olea subacta, strumas discutiunt.

2 60. Hirundinum cinere, anginæ cõmode perunguntur, uuæ & tonsillarum inflammationibus, hoc cinere succurritur.

2 77 Lac bubalum, tonsillis medetur gargarizatum.

2 90 Armentarij bouis simum illitum ex aceto, strumas discutit.

Ibidem Fimum columbinum ex aceto, strumas discutit.

Ibidem Stercore humano sicco ex melle, anginæ cõmodissime illinuntur.

Ibidem Stercus caninum, gutturi impositum, angi-

ginis auxiliatur.

Mel tonsillis, anginæ illitum, gargarizatúmue medetur. 2 92

Hordeum cum pice liquida, cæra, oleo, & impubis pueri urina, strumas ad concoctionem perducit. 2 96

Lolium cum fimo columbino, & lini semine decoctum in uino, strumas discutit. 2 110.

Cum polenta scisso alumine, & uetere oleo impositi fabarum cortices, strumas discutiunt. 2 115.

Radices lapathi coctæ in uino, strumas discutiunt. 2 126

Plantaginis radix gestatur contra strumas. 2 140.

Cepæ succo anginæ perunguntur. 2 168.

Anginæ, pipere & melle unguntur. 2 176

Piper cum pice strumas discutit. Ibidem

Caparis radix, foliaq; intrita, strumam curant. 2 192

Argemonis folia contusa cũ axungia, strumas discutit. 2 116.

Aloe tonsillis cum melle & uino profícit. 3 24.

Origani uirentis succus, tonsillas atq; uuã sanat. 3 39

Rosmarini trita herba, strumas conquit. 3 58

3 103. Aparinæ herba cum axungia trita, strumas discutit.

3 117. Apiastri folia illita cum sale, strumas discutiunt.

4 42 Helxinis, id est, herbæ muralis succus, tonsillis inflammatione turgentibus, utilissime gargarizatur, & illinitur.

4 46 Spuma uerbenacē, tota in uino decocta, tō sillarum crustas abrumpit.

4 92 Semperuiui genus, aliqui Andrachnen agriam, aut Telephion uocant, Romani Illecebram, cum axungia strumis commode illinitur,

4 93. Veneris umbilici succus, strumis auxiliatur.

4 96 Galiopsis folia, caules, semen, succusq̄, strumas discutiunt.

4 121 Asteris flos purpureus, anginis auxiliatur.

4 123 Quod purpureum est in flore uiolæ, anginis opitulatur.

4 160. Sparcij ramis in aqua maceratis, mox tusis, extractus succus, angina laborantibus auxiliatur.

5 6 Omphacion, id est, succus uuæ acerbæ, cō tra tonsillas & uuam prodest.

Vinum Myrſinites, contra tonſillas efficax eſt. 5 30

Chalcitis tonſillas compeſcit. 5 106

Fornaceæ teſtæ uehementer tuſæ, ſtrumas diſcutiunt, cærato exceptæ. 5 169.

AD SYNANCHEN ET AD ad oris uulnera, & anginas, ex Plinio Valer. Lib. 1. Cap. 50.

APij ſemen, ſtaphiſagriæ grana duodecim, laſerpitium, piperis uncias nouem, in cacabo rudi cõbures: omniaq; trita miſcebis melle, & penna uel digito induces.

Aluminis ſpani tintorij optimi unciam unam, & mellis diſpumati duas, aut amplius, coques in cacabo nouo lentis carbonibus, agitans diutiſſime. Quumq; ſe unum corpus effecerit, colabis linteo, & penna uel digito illinies faucibus.

Nuces maiores tam diu in patella aſſabis, donec in carbones uertantur, poſtea teres in mortario laſaris optimi partem bonam diutiſſime, & ſupermittes nucleorum combuſtorum duas manus plenas: & tam diu ſimul teres, donec in modum croci molliſſimi redigatur: & ex hoc digito uel penna curas.

Cui fauces ualde tument. Gallæ libram

unam contundes in mortario: mittes in uas lapideum uel murreum mundum, cum aquæ fontanæ sextarijs duodecim, ubi per triduum infundatur, quarta die coques, agitans cum scrula, duæ partes donec decoquantur, postea collabis, & addes mellis dispumati partē mediam, & rursum coques ad carbones agitandum, donec spissetur in modum mellis, deinde leuabis, & agitabis quousq; refrigescat, & repones in doliolo, & uteris ut supra.

Puluis ad hæc. Gallas, folium, costum, alumen scissum, aloes, masticis, singulas semiuncias couteres & tanges.

Cinis pullorum hyrundinum tritus in olla noua, combustæ spicarum nardi denarios quatuor, costi duos, croci quinque, cassiæ fistulæ quinque, cucurbitæ siccæ quinque, mentæ siccæ puluerís sex, maluæ rusticæ puluerís sex, omnia trita simul miscebis, & uteris.

Lupini crudam farinam, similiter & costi, admixto succo herbæ nasturtij, teres in modum mellis, & dum opus fuerit, uteris.

Itē ad synanchen, uel ad fauces cancro occupatas puluis. Recipe thuris masculi ʒ. mirrhę

tro

trogoditicæ unciam, floris roſæ unciam, ſolij aromatici unciam, coſti unciam, gallæ aphræ unciam, maſticæ unciam, gallæ Alexandrinæ decorticatæ unciam, yris unciam. Hęc omnia tundes, & cribrabis, & in doliolo uitreo repones & uteris, aut puluerem, aut ſi placuerit cum melle.

Aliud ad uulnera quæ in faucibus naſcuntur. Gallæ unciam unam, hyſopi unam, floris roſæ unam, coſti unam, myrrhæ unam, ſolij ſemiunciã, coſtum uero in cacabo fictili igni ſubiectum in carbonem uertes, & dum adhuc ardet, in mortario marmoreo tundes & teres. Similiter & de folio & de hyſopo puluerem facies, myrrham uero & gallas & florem roſæ teres & cribrabis, & ſic miſcebis & uteris, puro puluere, uel ſi habes cum therebynthina.

Cataplaſma ad ſynanchen. Vnges bene ſartaginem de axungia porcina, & mittes ſimum anſerinum tepefactum, ac reſolutũ linteo impones aliquoties in die, quanto enim ſæpius immutaueris, tanto magis prodeſt.

Emplaſtrũ ad ſynanchen. Tetauius uiuus cum axungia mixtus & appoſitus, utiliter medetur.

Pulli hirundinis uiui combuſti cinis cum myrrha pari pondere, & melle permixtus mirabiliter

rabiliter curat.

Cæra item cum oleo roſato reſoluta & em plaſtri modo appoſita prodeſt.

Itemq; pullorum hirundinis cinerem & caſ ſiæ puluerem cum therebynthina & melle cō- miſcebis, & cum penna illinies fauces.

Emplaſtrum ad ſynanchen. Recipit pullo- rum hirundinis cineris & caſſiæ ſemiunciam, myrrhē troglodítæ ſemiunciā, aluminis ſciſſi ſemiunciam, nitri Alexandrini ſemiunciam, olei uero roſati & cæræ qnantum ſufficit mit tes, ut tenerius imponatur. Si uero lactens eſt qui patitur, abſtineat nutrix eius ab omni car ne, & uino, acrioribusq; cibis, mulſam ſanè bi bat. Accipiat etiam ipſa nutrix potionem ma ne, & ſero myrrhæ troglodítę ſcrupulos duos cum aquæ mulſę uncijs tribus. Omnis quoq; qui patitur dum adhuc in tumore ſint fauces, uinum non bibat, & à carnibus abſtineat.

Ad ſynanchen. Sulphur uiuum cum men- ta uiridi & melle teres, & fricabis tumores fau cium, quod ſi aggeſſeris alumen humidū con ſtringes dentes.

Sal frixū cum aceto & oleo & melle uteris.

Quod ſi ceruix dolet, de diachriſmate cali- do oportet ungere.

Fel quoq; taurinum & elaterium reſolutū cum

cum aqua gargarizet, & diameron cum elaterio. Item mori syluatici cymas, myrthi, dactylos, cidonia folia cum sapa decocta & dragantum gargarizet. Quando autem curatur, appones spongias in aqua salsa calida calefactas, manducando bucellas mundas latas, cum mel le sorbilia oua. Ad hunc morbum sub lingua sanguinem detrahi, uel de brachio, ita ut alio die apopherisim faciat, his abstinendo, uino, carnibus ac liquamen gargarizari præcipio, permitto uinum cum melle quum uulneraue rit, ante uulnera sapa pura frigida.

Furfures, rosa, dactylos in aqua decocta, simul autem & uentrem subducũt clystere acto loca salmatica eligi diffiniunt propter aerem.

Item phleothomũ uel apopherisim secundum uires. Gargarismata acria assidue ex thymo, hysopo, origano, caricis cum mellicrate decocta. Itemq; abrotano & absynthio cum mellicrate uti.

Oleo calido cum lanis cathaplasmari frequenter, non satis calidis, uentosas poni in ceruicem, abstinendum balneo, & ab escis frigidis oportet.

Absynthium cum nitro & melle inunges.

Amoniacum item resolutum cum melle.

CONFECTIO DIAMERON

quæ

quæ facit ad tumorem faucium & oris uulnera & anginas. Ex Plinio Valeriano Lib. 1. Capite. 51.

MOrorum succi sextariũ unum & semis, succi uuæ acræ denarios sex, croci sex, aluminis sciſſi duodecim, myrrhę duodecim, mellis cotilam unam, coques succũ donec ferueat: & addes mel ac simul coques ad carbones lentos, leuabis & agitabis, usq; dum frigidum fiat, & sic miscebis species tritas.

Confectio diamoron. Recipe succi mororum sextarios quatuor, mellis pondo quatuor, myrrhæ uncias tres, aluminis sciſſi denarios duos, croci tres, myrrhæ duos, coques primo succum sine fumo in uase stagnato, uel fictili mundo diutissime, postea addes mel, ut simul ferueat leniter, donec ad mellis spissitudinem redigatur, postq; de foco tuleris, trita pigmenta adijcies, & diutius ferula agitabis, donec se uniuersa commisceant.

Aliud diamoron. Recipit mororum succi sextarios quatuor, mellis pondo quatuor, myrrhæ uncias tres, aluminis sciſſi tres, gallæ asianæ tres, croci tres, coques succum usq; ad medietatem, & mittes in refrigerata tusa pigmenta.

Diame-

Diamoron ad os. Recipit mororũ satiuorum succi, sed melius eorum qui in rubo nascuntur, sextarios tres, leui uapore ad mellis crassitudinem rediges, tunc addes myrrhæ denarios tres, & tantundem croci, & in unum totum teritur.

Item ad hæc succi mororũ sextariũ unum, cũ aceto & melle heminis singulis decoquunt.

Confectio diamoron. Recipit myrrhæ denarios sex, aluminis sciſſi sex, croci tres, mororum succi sextarios tres, mellis unum, sepæ heminam unam, omphacĩ quantum sufficit.

ANGINAE MEDENDAE.

Ex Plinio Valeriano Lib. 1. Cap. 52.

MEnarum salsarum de capite cinis, id est, salsorum piscium ex melle illinitur.

Lini semen & anetum in oleo aqua decoctũ ad tertias imponitur.

Acetũ item & sal gargarizetur. Pix quoq; bricia cum melle illinitur.

Rubi in quibus mora nascuntur caules teneros tundes, & ex eo succum exprimes & in sole ad crassitudinem mellis coques, dehinc illinies ab inferiori parte, mire prodest. Felle caprino & anserino cum elaterio & melle addito anginæ celerrime succurritur.

Hyssopum

Hysopum quoq; cum uino decoctum gargarizatur. Succum item herbæ quinquefolij cyathos tres gargarizes.

Allium tritum ex pusca gargarizatur.

Puluis hirundinis si fieri potest ripariæ: si minus, sylvestris: si neutrum, eius quæ in domibus nidificat, deuoratus totum annum securum ab angina facit. Eosdemq; pullos quidam strangulant & comburunt, cineremq; eorum in cibo dant aut potione.

Item mellepedæ numero uiginti in unum tritæ in aquæ mulsæ hemina, aut aceti melle addito decoquuntur, donec lentescat totum quod coquitur, & sic imponitur.

Peucedanum cum coagulo uituli marini æquis ponderibus illinitur.

Fel quoq; caprinum aut ursinum cum melle utiliter illinitur. Ipsius etiam hominis quacunq; ex parte sanguis emissus fuerit illinitus, efficacissime prodest.

DE SYNANCHICIS.

Ex Octauio Horatiano

Lib. 2. Cap. 6.

DVplex Synanchicorū species. Vna quæ cū tumore nimio, uel indignatione gutturis, & uuæ, & faucium, & uicinarum partium efficitur. Altera sine tumore, ñsdem tamen inhæren-

inhærentibus signis, uel accidẽtibus: quę plus periculi facere consueuerũt. Meatus utrisq; in transglutiendo difficilis fiet, & de conclusione eorum locorum, uel suspirio, uel etiam nauseando periclitantur.

Hi hoc modo curandi erunt, Cubiculum maius, & calidum procurandum est. Clysteris ardore officium uentris cogemus. Et si ætas eorum adhuc calidior fuerit, phlobotomo liberantur ex uenis sub lingua apparentibus, eo sane tempore, quo necessitas coegerit detractionis. Vbi enim febrium timor defuerit, etiam post tertium diem sanguinis detractio non negatur.

Gargarismatis uero has caussas faucium, frequentissime tali modo nouimus releuari. Mellicrato, in quo aut cantabrum coquendũ est, aut ficus siccæ, aut gallæ quassatæ, aut rosa sicca, aut lenticula, aut omphacium, aliqua ex his, aut certe omnia, ut superius conteximus, concoquenda erunt.

Nam Andronici trociscus omnibus merito approbatus, si cum passo, aut careno teratur, & molli penna his locis adhibeatur, satis iuuat. Sic etiam de flore rosarum, & alumine scisso, & de phrygio lapide simul combusto, confectus puluis, similiter temperatus, commodius

modius adhibetur: & cętera medicamenta: ut anthera, & his similia, anteriorum compositione probata. Interea sacellis, uel fomentis, cataplasmatibusq; calasticis, & paragoricis, locis faucium periclitantibus, & pectoris uicinis partibus immínebo.

Cibis uero temporibus competentibus humidis, calidis, & tenuioribus nutriendi sunt. Acutæ etenim ægritudines, utilius gubernari non poterunt.

AD ANGINAM QVAM Græci συναγχὴν appellant. Ex Apuleio.

HErbæ Britanicæ flos, anteq; tonitrũ audiat, collectus, deuoratus per annum totum, anginam non experietur.

AD ANGINAM ET BOTHOR.

Cinis allij cũ melle mistus, & frequens gargarizatus, illitusq;.

DE CVRA SQVINANtiæ frigidæ. Ex Barbaris.

CVra squinantię frigidæ, completur cum quatuor intentionibus.

Prima intentio completur sicut dictum est in capitulo de squinantia calida pro parte.

Secunda intẽtio completur per hũc modũ. Fiat purgatio cum pilulis de iera, & cochy-

& tua semper interſit menſurare medicinam mature in omnibus.

Tertia intentio completur per hunc modū. Fiat gargariſmus cum aceto, & aqua roſata, & decoctio, & morſus diaboli, & iſta herba multum ualet.

Deinde in augmento cum rob nucum, & diamoron cōfortatum cum eo, quod eſt ſicut galla, & alumen, & acatia, & ſimilia, & cū oxi melle. Deinde in ſtatu, aſcendat ſicut ad cinamomum, ſpicam & piretrum, & aſſam, & iſta poſſunt miſceri cum diamoron, & gargarizari.

Puluis geneſtæ cum melle roſato mixtus, cum aqua decoctionis aniſi, & fœnugræci, & dauci, & doſis ſit ab un. ſe. uſq; ad unc. i.

Contuſa uirga geneſtæ, & exiccata dr. i. bibita, ſquinanticos medetur.

Confert etiam radix raphani ſylueſtris, cocta cum melle, & propinata.

Si uideris materiam indurari, tunc molliſicetur cum diaquilone, diſſoluto cum pinguedinæ gallinæ, aut cum alio, in capitulo de ſcliroſi.

Si autem ad ſaniem deueniat, ponantur ad extra olea, & alia neceſſaria.

VNGVENTVM MATVRATIVUM.

Recipe unguenti dialteæ quartam mediã, mucillaginis seminis fœnugræci, seminis lini, añ. dr. ij. medullæ cassiæ fistulæ, butyri recentis sine sale, añ. un. se. fermenti caricarũ añ. dr. iij. olei amygdalarum dulcium. unc. ij. fiat emplastrum, & ponatur super locum.

DE DOLORE SQVINANTIę, miscellanea ex Barbaris.

Si caussatur cum apostemate, ista ualent.

SI dolor sit fortis, fiat gargarismus cum lacte tepido, & illud est laudatum apud omnes.

Idem ualet syrupus de uiolis, de papauere, mucillago seminis lini, psilij, & seminis citoniorum, dissoluta cum aqua aliqua stiptica, ut rosarum, plantaginis & solatri.

Valet solatrum, cassia fistula, cum aqua liquiritiæ dissolutum.

Si autem esset tanta strictura, q̃ non posset loqui, siue transglutire, ut melius loquatur, ponantur uentosæ circum circa collum, ut canales amplentur. Intromittatur canula facta de auro & argento, & similibus adiuuãdo ad inspirationem.

Si autem non ſperatur de euaſione. Aperiatur cana pulmonis ſupra epiglotin, inter duos anulos, taliter ꝙ poſſit anhelare, & dimittatur ſic per tres dies, & non ultra, donec tranſierit ęgritudinis malitia, & poſtea ſumatur & incarnetur.

Si autem in loco non ſit apoſtema, iſta ualent in dolore gulæ. De ſucco mororum acerborum, & maxime cocto cum ſapa, & modico zuccari, quod ad gutturis uel faucium, uel uuulæ dolorem multum ualet.

Succus cucurbitæ, eſt conferens dolori gutturis.

Cubebæ ſunt bonę dolori gulæ, ipſam clarificant.

Piperella eſt conferens dolori gutturis.

Bdellium confert dolori cannæ pulmonis, & apoſtematibus eius, tuſſi antiquæ, & dolori lateris.

Et Arabicum confert apoſtematibus, epiglotis, & gutturis, quãdo decoquitur in aqua decoctionis ſaturegiæ.

Diſſoluatur cum rob de moris, aut cum de coctione lenticuli.

Roſtrum picí geſtatum ad collum, omnem dolorem dentium aufert, ſquinantiæ & uuulæ.

AD EXTRAHENDVM SPLnas, & quæcunq; alia à gutture, ex Galeno, Lib. de facile par.

DA gargarizare aquam maris cum oleo, & galli cristæ succum da bibere, uel acetum acre cum thymo, & post hæc da gargarizare aquam calidam.

ANGINAE ET VVVLAE remedia alia ex Barbaris.

IN angina, primo fiat phlebotomia magna, post utere gargarismis, repercussiuis interius, & exterius euaporatiuis, ut materia exterius euaporatiuis euaporet, ut de succo solatri, in quo coquantur lentes, ro. liquiritia, & parum cassię fist. post fiat minutio de uenis sub lingua.

Vel de aceto, & melle decoctionis & acatię ypoquestidis.

Et à parte exteriori, cum absinthio torrefacto, calido, & similibus.

Stercus caninum cum galla insufflętur, & emplastretur, mirabiliter iuuat.

Teratur cepa lilij fermento, & succus distēperetur porcino lacte, quod coctum & gargarizatum, sua proprietate rumpit illud apostema.

Item limaciæ maxime, quę inueniuntur in ar-

arboribus, emplastratæ super omnia ualent, ad squinantiam rumpendam & maturandā.

Hyssopus coquatur in aceto, de quo fac gargarismos, & consumetur tumor uuulæ, maxime si flos eius fuerit puluerizatus, uuulæ superponatur cum digito.

Item uentosa suppositа capiti raso, uuulam trahit, & sic eleuat.

Fac pultes de farina siliginis, quasi liquidas in aceto, decoctionis rutæ, aperi os ad sorbendam, loquelam amissam restaurant mirabiliter.

Radicis anethi cinis, uuulam inflatam desiccat & eleuat.

Radix Chelidonię trita, bulliatur in uino, de quo factum gargarisma, uuulam siccat, caput purgat.

Dyamoron, acetum & mel, mixta calida, gargariza, melancholiam & phlegma consumunt.

Apopona omnes casus uuulę & palati adiuuat.

Radix caulis cuulsa, quæ postea non tetigerit foueam uel terram, collo patientis suspēsa, certissime cunctos morbos uuulæ tollit.

Emplastrum factum de stercore canis & hominis, & de felle taurino, multum ualet.

Gargarismus fiat cum decoctione ficuum siccarum,& fimo canis,cito aperit apostema.

Verbena trita & emplastrata,calida,sanauit pluries squinantiam,de operatis.

Verbena ligata super tumores, eos aperit, & sanat,& spargit.

Flos oculi bouis comestus, omni tempore squinantiam nasci non permittit.

Terra nidi hyrundinum,tumorem fauciũ, & mammillarum,emplastrata tollit.

Item balaustiæ,& camphora,puluerizata, est beata medicina ad eleuandam ululam.

Gallæ cum sale Amoniaco,bonæ sunt.

Recipe seminis ro.lib.se.succi,barbæ hircinæ un.iij.decoquantur uino,& fiat gargarismus.

Ad squinantiam periculosam,combure hirundines ueteres in olla rudi, & puluerem cũ melle misce,& cũ pẽna in gulã mitte interius.

In periculo, tolle sanguinem cum uentosis inter spatulos positis,multum minuit materiam,& ad appositum trahit.

Inuoluatur tota gula exterius lana succida, infusa in decoctione ysopi,& oleo oliuarum.

In caussa frigida,bulliat in uino forti,marciaton,agrippa dyaltea,& stupæ ibi inungãtur,& inuoluatur collum,maturat enim & diaforesim facit.

Fi-

Filum sericum intingatur in sanguine muris, & cum filo illo impatiente transglutiatur, multum ualet.

Stercus infantis, similiter simus humanus siccus, cum melle confectus, squinantiã curat.

Fiat emplastrum exterius de stercore hominis recenti, & fermento, & uisco arborum, & cinere thimi combusti, & axungiã cirogallorum, hoc maturat, & exterius attrahit, & rumpit apostema diligenter. Caue ne exterius utaris repercussiuis, sed dissolutiuis, & attractiuis, & maturatiuis. Melius autem uita dissolutiua à principio, & utere repercussiuis, in augmẽto dissolutiuis, partim repercussiuis, in statu utere dissolutiuis, interius.

Scabiosa gargarizata, bibita & emplastrata, squinantiam desperatam sanat, certum est.

In ore aperto pone baculum, ne possit claudi, & consydera locum apostematis, & cum ligno acuto crepa, nihil est tam efficax. Plinius & plures alij pluries sunt experti.

Reuelatum fuit diuinitus beato Bonifacio, ut daret potui parrochianis suis squinanticis herbam, quæ dicitur, morsus dæmonis, & emplastrari, omnesq; sunt curati.

Ad uuulam eleuandam, calidissimum sal liga in panno, & appone fontinellæ colli, multum ualet.

COLLI MORBORVM REMEDIA. Sect. 29.

Colli dolor quibus remedijs iuuetur. ex Plin. Val. Lib. 1. Cap. 30.

FImum leonis diligenter colliges, & ficcabis ad solem, & seruabis, quia difficile inuenitur, mittesq; ex ipsius simi puluere cochlearia quinq;, petroselini puluere cochlearia quinq;, zinziberis, costi, & piperis albi cochlearia tria, & omnia cribrata commiscebis, & exinde cochlear plenum ieiuno in potione conditi tepidi dabis in hyeme, in æstate uero in ueteri uino. Si autē antiqua passio est, duo cochlearia in solio dabis, & hoc per triduum facies, unges uero uentrē, & sub umbilico de suprascripto calastico, & si grauis dolor immineat amplius, pone ungenti & super lanam & fascias, obseruet quoq; ne algeat, & recētia nō bibat, nec carnes uel holera, seu legumina manducet, quia passio pessima est. Si autem repētinus dolor aduenerit, & prædicta potio parata non fuerit, purgabis allij acerrimi capita quinq;, & cōcides minutatim, & mittes in ampullam cum olei gremialis hemina, & macerabis die ac nocte, & ex ipso bibat oleo cochlearia

ria tria, in cibo etiam pro oleo utatur. Si uero in solio balnei prædictum oleum biberit, plurimum prodest.

Potio ad colli dolorem, seu ad calculũ, quę in una potione colli dolorem in perpetuo liberet. Recipe foliȝ, spicæ nardi, piperis albi, apiȝ seminis, opiȝ Cretici, siseleos, zinziberis, pulegiȝ, thymi, cassiæ fistulæ, satureiæ, reupontici anà uncias singulas, piperis lõgi quatuor, pyretri duas, hyreos semiunciam, petroselini unciam unam, & denarium, leuistici denarios octo, croci quatuor, erucæ semiunciã, costi denarios sex, fœnugræci semiunciam. Hæc omnia tundes, & subtiliter cribrabis, & in uase uitreo recondes, & ex ipso puluere cochlearia tria in condito siue careno, in solio mox ut descenderit, dabis, & diu in solio foueatur, & in perpetuum liberabitur.

Potio ad collum. Recipe rutæ agrestis seminis semiunciam, gentianæ uncias nouem, cametriæ libram unam & semis, aristologiæ rotundæ uncias nouem, quibus aliȝ medici addebant squinantiȝ tres, petroselini tres, camepetiȝ tres. Hæc omnia tusa, in molliſſimum puluerem repones, ut dum opus fuerit, dabis cochlear plenum in aqua calida.

Piperis uncias tres, salis montani unam, pe-

troſelini Macedonici duas, omnia in puluerẽ rediges, & in uino cochlear plenum.

Hyſopi Cretici ſemiunciam, ſeminis fœniculi ſimiliter, piperis albi ſimiliter, petroſelini ſimiliter, cymini ſimiliter, ſalis montani ſimiliter, aniſi ſimiliter, apij ſeminis ſimiliter, omnia teres, dabis in dolore cochlear plenum, ſanis in uino uel condito, febricitantibus uero in aqua calida.

Pridie Idus Martias uiolæ purpureæ folia undecim, piperis grana decem, uini ueteris calicem plenum teres in mortario marmoreo, & mittes in calicem ipſo die, & pones ſub diuo, coopertum teſta diligenter, ut ibi maneat, & alia die mane ibi agitabis, & mittes in calicem herinum, ſtans contra orientem, & uno hauſtu bibat. Item expertum. Cocleas tres, quas Græci uocant corcotellas, in olla noua clauſas & circundatas, in furno cõbures, quarum puluerem in uino aut ubi uolueris, dabis. Tria grana allij infundes aliquantiſper in aqua, deinde ex condito glutienda dabis.

Enema ad collum, quod appellatur diacaſtoreum. Recipe reupõtici ſicci unciam unã, croci Aphri unam, nitri albi ſemiunciam, rutæ uiridis folia trita ſimiliter, mellis quantum ſufficit. Conficitur autem ſic. Myrrha & caſto-

storeum seorsum teruntur, seorsum & nitrū, similiter & ruta. Crocum uero infundes in uino ueteri tanto ut infundatur, non ut superna tet, teresq; in mortario. Opium uero cū melle teres donec soluatur, & sic commiscebis singula quousq; omnia adimentur, & superaddes mel, ita ut ad spissitudinem redigatur, reponesq; in uase uitreo, uteris autem sic. Primum quum dolor cœpit, porrigitur intestino secūdo de medicamento calastici ad uncias sex, quod quum iectum est, si cessauerit dolor, intermittendum est. Si uero manserit contra noctem inijcitur sic. Olei rutacei sex in acetabulo tepefacies, medicamenti uero in modum fabæ Capadociæ, uel paulo amplius seorsum in calice solues cum uini ueteris cochleari, & oleum tepefactum secūdū modum æstimationis miscebis & inijcies: hoc autem & dolores tollit, & somnum facit. Obseruare uero debes ne modum quantitatis excedas. Solet autem plus iniectū grauedinem nimiā capiti afferre, qua quidem celeriter cessat.

Enema ad idem, quod appellatur dyargopissum. Recipe aloes hepatici uncias duas, opij spani unam, butyri recentis unā, peculę uiuę syncerę sex, Cōficies autē sic. Aloen in puluerē rediges, opium cū pecula teres, donec soluatur, addes aloen, & quū illa terendo miscueris,

ris, mittes butyrū, & rursus illud simul teres, & hæc omnia permixta colliges in uase æreo, & uteris sic. Si refrigerari passionē contigerit, primū clystere intestinū purgabis, ꝙ accipit oleū rutaceum, & mel & butyrū, & hæc calida, dehinc de medicamēto suprascripto ita curabis, ut prius cyminum & rutā uiridē in oleo & aloe sine sale tam diu coquas, donec ruta sefrigere incipiat, quod colatū ac tepefactū mittes in acetabulū in modū potionis bonæ, uel certe uncias sex, & medicamenti quantū pars tertia cochlearis est, in ipso à digito solues, & super calida pones, ut tepefiat, & sic uteris. Facit præterea ad eos qui propter collum cōfluxum uentrem patiuntur: tollit & libidinē intestini. Si autē & choleribus color fuerit, medicamentum oleo roseo locum inñcito.

Enema ad collum probatissimū, sed in nimio non inñcies dolore. Recipe cymini hemi nam unā, centauriæ fasciculos tres, amei semi unciā, folia lauri numero quindecim, colocin thidos unā. Hæc in aquæ sextarñs tribus decoques ad tertias, colabisq;, & cū oleo ac modico melle inñcies, nam herbas suprascriptas pridie infundes. Enema ad dolorem colli.

Recipe opñ denā. octodecim, castorñ quindecim, myrrhę duodecim, croci tredecim, ni-

tri sex, rutę agrestis seminis similiter, euphorbij similiter, omnia tūdes & cribrabis, & colliges cū melle, & quū opus fuerit in modū auellanę solues cū aqua frigida, adiūgēs anetini olei uncias sex, & butyri cochlear unū, admiscebis & curabis.

Enema ad hæc. Recipe baccarum lauri pulueris uncias duodecim, cæræ punicæ sex, butyri sex, medullæ ceruinæ sex, adipis anserini sex, therebynthinæ sex, hyssopi, ceroti sex, hęc omnia commiscebis, & factas pillulas siccabis in umbra, & quum necesse fuerit teres in oleo sauinensi sufficiente una pillula, & curabis.

Ad colli dolorē, & qualiter ad intestini dolorem eiusq; uitium medicamentum conficere debeas. Recipe adipis anserini, adipis phasianorum, hyssopi, ceroti, butyri, therebynthinæ ac cæræ ana uncias sex, resolues, & ex eo mittes uncias sex, addes galbani quatuor, cymini bene tusi, & cribrati sex, baccæ lauri tusæ ac cribratæ duodecim, foliorum rutæ bene tritorum decem. Hæc omnia cū supra scriptis sex uncijs bene commiscebis, & facies mādalia, hoc est, collyria bona, & quum opus fuerit in oleo rutato, & oleo Sauinensi sine sale, addito parum masticæ, de collyrio in modū nucis auellanæ solues, & heminam faces, curabisq;.

Con-

Confectio medicaminis ad dolorem colli.

Recipe adipis anserini unciam unam, basilicon semiunciam, butyri unam, olei sauinensis quatuor. Conficies autem sic. Infundes cymini cochlear unum in uino ueteri, dehinc mittes oleum cum rutæ uiridis semiuncia, & uini ueteris cotylam, & feruefacies donec ruta exfrigidari incipiat, colabisq; & reponesin uase uitreo, & quum necesse fuerit, pensabis, ex ipso oleo uncias quatuor, & miscebis cum medicamentis suprascriptis, & curabis.

Enema ad dolorem colli.

Recipe myrrhæ drachmas quatuor, croci duas, opij sex, castorij sex, nitri duas, rutæ uiridis foliorum duas, commiscebis mclle in doliolo, & curabis cum oleo rutaceo.

Olei confectio ad dolorem colli.

Recipe olei sauinensis libras decē, butyri recētis uncias quatuor, medullæ ceruinæ duas, cęrę Punicæ optimæ duas, fœnugræci noui sextarium unum, cymini unum, baccas lauri purgatas numero quinquaginta, aquæ fontanæ sextarios duos: rutæ uiridis fasciculos

tres

tres, adipis phasiani recẽtis ʒ duas: fœnugręci uero infundes in aqua tantum ut intumescat, quod legatum legabis in linteolis tribus, & cyminum similiter. Postea omnia mittes in cacabum nouum, uel in stagnatum optimum, & tam diu ferueat in uase duplici donec decoquatur aqua, dein colabis oleum, & cæram rades cultello minutissime, similiter & medullam, mittes & butyrum cum supra scriptis in cacabum, & supermittes oleum calidum quod colasti, & agitabis diligenter, donec omnia misceantur, & dum refrigerit, repones in uase uitreo, & in necessitate duas uel tres uncias calefactas inñcies.

Enema probatissimum ad collum.

Recipe opoponacis radicis uncias duas, aristologiæ rotundæ unam & semis, seminis symphoniacæ duas, castorñ unam, & semis, opñ unam, solñ duas, piperis albi unam & semis, croci duas, quæ omnia in puluerem rediges mollissimum, & sic inñcies in olei sauinensis hemina, cymini manũ plenam, & rutæ fasciculum coques in uase duplici, & ex hoc oleo mittes cygnos tres, & de puluere unum, & diligenter temperabis, & inñcies.

In

Iniectio probatissima. Recipe opij drachmas sex, castorij quatuor, myrrhæ quatuor, croci unam, nitri duas, seminis rutæ agrestis duas, euphorbij duas, quæ colliges cum melle spisso, & diligenter in doliolo uitreo repones, & quum opus fuerit, solues ex eo in modum auellanæ paruæ cum aquæ modico, & miscebis olei anetini uncias sex, & butyri cochlear plenum, ac cymini similiter, mixtisq; omnibus, diligenter inijcies.

Iniectio dolorem tollat. Recipe castorij uncias quatuor, croci unam, nitri duas, seminis rutæ agrestis duas, euphorbij duas, quibus cũ mellectis mittes olei anetini denarios sex.

Ad collum & intestini dolorem. Recipe opij denarios quinq;, croci duos, castorij duos, myrrhæ duos, rutæ duos, nitri tres, mellis despumati quod sufficit, postea cochlear unũ in potione olei cyprini uel rutacei solues & inijcies: Si autem ustura fuerit, cum oleo rosato temperabis.

Iniectio ad collum probatissima. Recipe allij capita tria, rutæ uiridis fasciculos plena manu duos, olei communis unc. quatuor, cõfringes allium, & cum ruta uiridi confricabis, & colato oleo addes butyri mundi libram unam, picis liquidæ uncias quatuor & semis,

&

& cętriæ mundæ tres, quæ omnia commisce bis, & uase uitreo repones, subducesq; prius uentrem simplici iniectione, dehinc in oleum commune uncias nouem mittes medicaminis, & si dolor maior fuerit, commiscebis, & tepefactum inijcies. Sane nullus ieiunus iniectione utatur, quinetiam ad horam iniectionis calix plenus uino mixtus, uel aqua calida hauriendus est. Iniectionem uero q̄ diutissime teneat. Medetur autem renum dolori, calculo qui harenam proijcit, colicis, stomaticis, & perfricationibus, caussis etiam matricis efficacissime subuenit in catarctico utenda.

Qualiter ex medicamento hoc quod collū curat, sit adhibenda, ut & uentrem temperet. Ex hoc medicamine facies pillulas in modum nucis auellanæ duas uel tres, & postq̄ laueris ac deterseris, in capite intestini intromittes, & ibis dormitum, & continuo senties beneficiū. Quemadmodum alio genere curādum sit collum, de hoc medicamine mittes in acetabulū uncias duas uel tres. Deinde commiscebis olei rutacei unciam unam & semis, & sic inijcies, si fieri potest bis in die, diluculo, sero & nocte, continuis diebus quatuor uel quinq;, & accipies perpetuam sanitatem.

Confectio Diascordi ad collum probatissi

ma. Recipe ueretra porcorum cum pinguedine sua in oleo soluta ad libram unam, folia rutæ septem deñ. purgati allij mundi spicas maiores quinq;, olei cyprini libram unam, olei hyrini unam, nardi unam, adipis pastæ siue phasiani unam, cæræ Punicæ unam: Confícies uero sic. Concides pinguedinem porcorum minutatim, & sic coques quum citius soluatur, & sic colabis, & mittes in patellam, supermittens rutam & allium, donec ruta exarescat, rursum colabis, & sic miscebis reliqua omnia, iterumq; impones super carbones molles, & mittes cæram minutatam ut soluatur; quod quum gelauerit, colliges in doliolo uel pyxide. Sic autem temperabis: Olei sauinensis pondo unum uel duo, mittes in capetam cum rutæ fasciculo bono, & cymini in linteo ligati denarios tres, & simul ferueat donec ruta siccetur, hinc mittes cignos quinq;, nardi boni duos, adipis pastarum unum, plenũ medicaminis suprascripti, cignumq; dimidium commiscebis, calefacies & curabis.

Iniectio diascordi ad collum. Recipe adipis ceruini uncias septem, adipis taurini septẽ picis liquidæ septem, olei hyrini septem, laurini olei quatuor, nardini libram unam, olei ueteris duas, cæræ nouem, rutæ uiridis fasciculum

hym quantum manus capit, aneti similiter, al lij purgati sextarium unum, cymini unum s. Cyminum uero, rutam & anetum in oleo coques usq; dum uirtutem ibidem amittat, & postea colabis.

Confectio iniectionis. Recipe rutæ uiridis uncias duas, baccarum lauri decem, cymini denarios uiginti, butyri insulsi unciam unam, medullæ ceruinæ basilicon unciam unam, dyacilon unam, olei cyparei libras duas, aquæ manum plenam, cyminum uero, rutã, & lauri baccas pridie in oleo infundes, alio die coques, colabis, & ita butyrum, medullam & medicamina mittes, resoluesq; ita ne comburas, & uteris.

Emplastrum colicæ & nephreticæ. Recipe lybani uncias sex, tinaperi sex, masticæ tres, tyleos tres, picis liquidæ libram unam & semis, picis siccæ unam, cæræ unã, nitri uncias sex.

Iniectio ad inflationem colli, matricis, & omnium interaneorum. Rutam ex oleo & butyro decoques, quod iniectum statim inungat. His aliqui addunt oleum anetinum, & adipem phasianinum & anserinum, & si habuerint, strutioninum.

Iniectio ad collum & renes. In oleo anetino adipem anserinum, & medullam ceruinam si-

mul ſolues à digito, & commiſcebis caſtorñ bene triti denarium unum, & ſic inñcies.

Confectio pulueris probatiſſimi ad colli dolorem. Recipe ſolñ uncias duas, croci duas, dauci cretici duas, panacis radices tres, ariſtologiæ rotundæ duas, iuſquiami duas, piperis albi unam, caſtorñ duas, opñ duas, myrrhę duas. Hæc omnia tundes & cribrabis ſubtiliſſime: curabis uero primo de cucurbitella agreſti, & centauria ſic. Mittes unam cucurbitellã & parum centauriæ in cacabum æreum cum aquæ ſextario uno, & decoques ad medias, & incolata calida cum oleo rutaceo, & melle deſpumato, & modico nitro uel aphronitro cõmiſcebis, & ſic curabis, circa horam nonam ut uentrem faciat, ueſpere uero mittes in mortarium cochlear unum de puluere cum oleo rutaceo quantum eſt, & commixtum inñcies, quod teneat uſq; ad lucem uel amplius.

Confectio pulueris ad colli dolorem. Recipe ſolñ uncias duas, panacis radicis tres, iuſquiami duas, dauci cretici duas, caſtorñ duas, croci duas, opñ unam & ſemis, piperis albi ſimiliter, ariſtologiæ rotundæ uncias duas, coques uero rutam in oleo, & colabis, mitsesq; unum cochlear cymini triti, & unum cochlear ipſius pulueris, & ſic inñcies, ut habeat olei cig-

cignos tres aut quatuor, sed tunc curabis quã do in dolore est.

Item expertum. Spicam allij mundatã unge ex omni parte, subscindes, & balsamo intin ctam inijcies.

Epithyma calefactorium ad collum. Recipe axungiæ porcinę libram unam, baccarum lauri quartarum, seui ceruini unciam, medullæ ceruinæ quatuor, resinæ therebynthinæ sex, nardi libram unam, solues & uteris.

Epithyma ad dolorem colli. Butyrum, resinam, cæram, resinam punicam, & nitrum Alexandrinum, omnia æquali pondere coques & in panno pones ad locum doloris.

Antidotum ad collum. Recipe iusquiami drachmas uiginti, piperis albi uiginti, opij decem, balsami duas, cassię quatuor, croci quinque, euphorbij quatuor, spicæ nardi quatuor, pyretri quatuor, hyreos quatuor, petroselini decem, mellis Attici quantum sufficit, cum aquæ fontanæ calidæ cyathis tribus, dabis ad magnitudinem fabæ Aegyptiæ.

Antidotum ad collum. Recipe castorij unciam unam, asari foliorum unam, iusquiami albi denarios uiginti unum, croci unciam unam & semis, mellis despumati sex dabis, ut fabam Aegyptiam in careno.

Colicæ cui nihil deest. Recipe anisi drachmas duas, fœniculi seminis duas, styracis duas, opij duas, hæc omnia tusa & cribrata colliges melle non cocto, dabis magnitudine nucis ponticæ.

Emplastra ad phlegmata coagulata de intestinis resoluenda. Recipe cæræ libram unam, Amoniaci unciam unam & semis, thuris similiter, terebynthinæ similiter, medullæ uitulinæ uncias tres, picis unam, adipis anserini semiuntiam, galbani denarios sex, opopanacis sex, olei ueteris libram unam, uel quantū sufficit, factumq; emplastrum linteo induces spisso, & impones circa umbilicum atq; subter, ut non tangat stomachum.

Antidotum ad colli dolorem, & ad calculū & ad stosimi. Lauri baccarum unciam unā, petroselini unam, piperis unam, teres & cribrabis, & mellis despumati uncias sex admiscebis, & in dolio colliges, & facies apozima sic. Apij & fœniculi radices, rutam, pulegium sine fumo, brisci radices, æqualia omnia coques in aqua ad tertias, & mittes potionē de antidoto cochlear plenum, & dabis ieiuno.

Antidotum colicæ. Recipe anisi drachmas nouem, apij seminis sedecim, spicæ nardi sex, castorij quatuor, piperis albi sex, lōgi sex,

myr-

myrrhæ octo, squinantij quatuor, petroselini quinq;, opij octo, croci quatuor, mellis quantum sufficit, dabisq; mensura auellanæ maioris uesperæ, ut reijciat, si potuerit.

Antidotum colicæ expertum. Recipe myrrhę drachmas quatuor, castorij quatuor, mormicariæ duas, rutę foliorum unam, opij sex, croci quatuor, mellis despumati quod sufficit, & dabis ad magnitudinem auellanæ maioris.

Catarticum colicis. Recipe euphorbij unciam unam, hyris duas, masticæ tres, dabis cochlear cum aqua calida.

Enema ad collum expertum, quo deponis & phlegmata. Recipe olei dulcis sextarios iij. quod mittes in stagnatum, rutæ uiridis fasciculos tres, fœniculi sicci fasciculum unum, alij purgati & contusi capita duo, fœnugræci manum plenam, ita ut pridie infũdatur in aqua, & quum intumuerit effusa aqua, granũ cum oleo coquatur q;diu exiccetur: post hæc colabis linteo, & iterum impones in foco, addesq; ibidem adipem pullinum, anserinum, phasianinum, medullæ ceruinæ, & seui hircini parum, & laricis unciam unam & semis, post hæc colabis, & in dolio repones, & quũ uti uolueris, mittes per singulas uices olei nar

dini cochlearia duo, & da enema sextarij̃ partem quintam, sed prius sane uentrem curabis, quum enema acceperit: accipiat & per os.

Oxiporium amaurenticon, & oleum rutaceum sic facies. Rutæ uiridis libras duas, olei dulcis decẽ, coques in uase duplici tandiu dũ ruta pallescat, & agitabis semper de ramo rutæ, postea colabis, & repones in uase uitreo.

Enema sic facies. Tolles olei nardini pondo duo, medullæ ceruinæ uncias quatuor, hyssopi cerotí tres, adipis anserini sex, adipis uitulini sex, butyri quatuor, castorij̃ optimi duas, laricis duas: castorium uero tũdes in pila fortiter, & sic permiscebis omnia, coques q̃ donec castorium quod tardius coquitur, soluatur, coques auem in uase duplici, & repones in uase stagneo. Inij̃cies uero de medicamẽto hoc cochlearia tria, & olei rutacei cochlearia sex, permixtum & calefactum in uesicam, mane & sero, q̃ si adhuc dolor permaneat, inij̃cies meridie, mane & sero.

AD COLLVM, EX APVleio.

HErba betonica, cum uino austero æque proficit.

DE RIGORE CERVICIS, ex Quinto Sereno.

At

Atsi ceruices duratáq; colla rigebunt,
Mira loquar, geminus mulcebit unguine po-
(ples.
Hinc lõgum pariter neruos medicina sequet.
Anseris aut pingui torpentia colla fouebis.
Illinitur ualido multũ lens cocta in aceto,
Aut capræ simus, & bulbi, aut ceruina medul
(la.
Hoc etiã immotos flectes medicamine neruos
Quos aũt uocitant tolles, attingere dextra
Debebis, qua gryllus erat pressante perẽptus.

ADVERSVS APOSTEMA colli, siue gulæ, ex Barbaris.

IN principio competit aqua rosata cum aceto, & aqua infusionis sumach, & aqua coriandri humidi & sumach. Et ex eis etiam est aqua granatorum acetosorum, & dulcium, triorum cum tota substantia, & succus solatri cum syrupo ros. Similiter succus citoniorum & sorbarum ualent.

Succus mori secundum Auicennam, gargarizatus, ualet squinantiæ.

Gargarisma cũ aceto calido, abscindit cursum superfluitatum uenientium ad guttur, & confert squinantiæ, & casui uuulæ.

Recipe syrupi de pap. diamoron, añ. uncia una, aquæ rosatæ unc. ij. misceantur, & fiat

gargarismus, & actu frigidum applicetur.

In augmento conuenit diamoron, in quo uirtus croci & myrrhæ ponatur, & cum prędictis administrentur balaustiæ & gallæ, & semen rosarum, & alumen, & tunc conueniunt in augmento.

Agrestæ succus cum prędictis liquoribus, est iuuamentum sublime.

Ad idem, ualet succus sumach circa locum, quia ad extra præcipit.

In principio apponas lanam succidam, & apponas in oleo oliuæ, & in augmento appo natur com oleo camomellino, & oleo oliuæ, aliisq; similibus.

Cassia fistula dissoluta, & gargarizata cum aqua solatri, uel coriandri, & mucillagine psilij, squinantiæ ualet.

Absinthium gargarizatum cum aceto, ualet squinantiæ.

Decoctio ficuum cum cortice granati.

Lac sumptum ex semine papaueris cum aqua rosata ualet.

Succus solatri depuratus, bibitus mane & sero, secundum mensuram duarum testarum oui.

Similiter ualet mucillago psilij cum coriandro, & grano uno & dimidio Camphoræ.

Et

Et ista nunc dicta plus ualent in principio.

Recipe liquiritiæ, uuarum passarum mundatarum ab arillis. añ. 4.5. caricarum pinguium un. 1. seminis psilij, citoniorum seminis, papaueris albi añ. un. se. ordei mũdi 4.5. mellis unciæ ij. & fiat decoctio, & clarificata, fiat gargarisma.

In statu autem competunt, quæ resolutiua sunt, cum aliqua stipticitate, & ideo ualet mel rosatum cum aqua solatri, uel endiuiæ, uel lactucæ.

Pulpa etiam cassiæ fistulæ cum melle gargarizata, cum aqua solatri, aut cum rob mori ualet.

Et lac est ex eis quæ conferunt in hac hora. Lenit enim & dolorem sedat, & proprie capræ & asinæ, & proprie calidum. Et quando administratur cum cassia fistula, quia cum medulla eius cõfert gargarizata, & bibita, & proprie cum zuccaro & croco.

Coagulatio uuæ cum croco & myrrha, ualet.

Et rob mororum cum eis. s. croco & myrrha ualet.

Decoctio sicuum, fœnugræci & dactylorum, & crocum cũ eo, quod est sicut myrrha, ualet.

Si-

Similiter lac caprinum cum ſtercore canis albi & melle, aut cum aqua mellis & modico ſynapis ualet.

Valet ſyrupus acetoſus cum radice, uel ſuco raphani.

Cura declinationis in iſta.

Lac mori baurach, myrrha & crocus, piretrum, ſinapis, aſſa fœtida, raphanus, ſtercus canis albi, proprie qui comedit oſſa, & ſtercus infantis qui comedit lupinos, & ſtercus hyrũdinum combuſtum, & ſimilia.

Radix raphani ſylueſtris in aceto decocta, & gargarizata, aperit ſquinantiam.

Sinapis ualet apoſtematibus, & inflationibus quæ fiunt in gula. Et intelligitur, ꝙ ex ea trita & mixta cum uino, fiat gargariſmus.

Sal Armoniacum ualet ſquinantiæ, quando ſufflatur deintus.

Si porciliones cum melle & pane ponantur in ore, ualent.

Poſſunt illi uermes puluerizari, & conferunt.

Radix raphani in aceto & melle cocta, ſi gargarizetur, ſquinanticos curat, & elixa cũ melle, idem facit.

Squinantiam quoq; reſoluit ſemen raphani, & cortex & folia, quando coquuntur cum

ſquin-

ſquingibin, & ex eo calido fiat gargariſma.

Piper ſquinanticis prodeſt, maxime melli immiſſum.

Gargariſmus factus cum melle, ualet ſquinantiæ.

De angina quædam.

Quando yſopus ſicca fuerit cum decoctione ficuum, eſt bonum ſquinantiæ.

Idem facit yſopus gargarizata.

Quando ficus coquitur in aqua & melle, & fit cum decoctione illa gargariſma, confert apoſtematibus ualde, gutturis, & amygdalarum, & ſquinantiæ.

Linimentum cum pice liquida & melle, confert apoſtematibus, quę fiunt in cãna pulmonis & meri.

Bdellium diſſoluit apoſtemata, quæ ſunt facta in canna pulmonis, diſſolutum cum ſaliua hominis ieiuni.

Porcilliones cum melle triti & inliniti, conferunt ſquinantiæ.

Terra nidi hyrundinum cum aqua ſoluta, colata & emplaſtrata collo & faucibus, tumores & ſquinantiam perfecte ſanat.

Poteſt etiam diſſolui cum oleo roſaceo.

Cinis hyrundinum, ſi cum ipſa tãgatur palatum, confert.

Multi faciunt cinerem ex hyrundinibus cõ bu-

bustis, miscentq; cinerem istum cum melle, & liniunt squinantiam.

Quando saliuntur & desiccantur, & fit puluis inde, & accipitur ex eo dra. 1.

Si detur in potu cum aqua, confert squinãtiæ, & apostemati gutturis & uuulæ, & similiter facit cinis pullorum quando aduruntur, scilicet hyrundines.

Recipe cineris hyrundinum, croci, nardi, myrrhæ an. dr. 1. confice cum melle, & fiat cõditum.

Si stercus infantis sumatur, qui per tres dies panem mediocriter salitum comederit, & fermentatum, & lupinos dulcoratos, aut carnes gallinarum elixatarum, & uinum uetus biberit, ex omnibus istis in moderata quantitate, & sit usus ita, q; bene digeratur secũdum Galienum 10. exiccetur cõsequenter illud stercus, & misceatur cum melle syluestri secũdum Gal. & linjatur cum eo guttur & palatũ, aut solum cum digito approximetur palato.

Idem operatur stercus canis, ossa comedentis, adplicatum palato.

Si autem illud stercus, siccum & collectũ, & de mense Iulij, & miscetur cum decoctione gallarum, aut cum uino granatorum.

Col

Colligatur illud, quando canicula aſcendit.

Quod ſi hoc ſtercus canis miſceatur cū ſtercore hominis, felle tauri, & emplaſtratur, multum ualet.

Accipiantur fila plurima, & proprie tincta ex ſanguine murum, & cum eis uipera ſtranguletur, & poſtea inuoluatur unum eorum in circuitu colli patientis, fiet per ipſum iuuamentum, magnum & mirabile.

Recipe caſſiam fiſtulam, diſſolutam in ſucco, coriandri humidum, & totum hoc miſceatur cum mucillagine pſilij, & fiat gargariſma.

Emplaſtrum quod debet adplicari ad extra gulæ.

Recipe mellis, ſtercoris canis comedentis oſſa, cineris ordei, omnium ana. cochlear unum, & fiat emplaſtrum.

Recipe merdaſengi dr. 1. proñciatur ſuper ipſum ex oleo ſiſamino, & oleo uiolato, quouſq; coaguletur, poſtea recipe mucillaginis, ſeminis alteæ, & ſeminis almori ana. ʒ. oua trita, gummi amygdalarum unciam mediam, & infundantur in aqua coriandri die ac nocte

cte, & proñciatur camomilla & mellilotmu. añ. dr. ij. uiolarum siccarum, farinę ordei, amborũ añ. dr. iij. agitentur omnia, & percutiẽtur percussione bona donec fiat corpus unũ, & ex eo fiat emplastrum, est mirabile.

Folia porri contundantur, & cum oleo camomillæ fiat emplastrum.

FACIEI MOR

BORVM REMEDIA, EX Plinio Secundo. Sectio 30.

Lib.	Cap.	
20	2.	E Laterium in sole illitum.
20	3.	Sylvestris rapi semen mixta urina pari mensura.
20	9.	Bulbi cum melle & nitro illiti.
20	13.	Semen erucæ cum melle illitum.
20	22	Sisymbrium in uino decoctum.
Ibidem		Lini semen.
22	22	Sion herba latior apio, nascens in aquis.
22	23	Fungi.
23	1	Labruscæ uuæ rubentes.
26	3.	Plantago trita.
Ibidem		Quinquefolium.
		Albuci radix ex aceto.
		Ficulni caules ex aceto decocti.

Hibiſci radix cum glutino, & aceto acri decocta ad quartas.

Rumicis radix trita, ex aceto illita.

Flos uiſci cum calce ſubactus.

Tithymallum cum reſina decoctum.

Lichen herba.

Tapſiæ radix trita cum melle. 28 7.

Lac mulieris fœminam enixæ. 28 8

Eboris ramenta cum melle Attico. 29 3

Oui candidum cum pineis nucleis, ac melle modico.

Cochlearum cinis cum melle. 36 4.

Pſymmithium, id eſt, ceruſa. 34 18.

Muricum uel conchiliorum teſtæ cinis cũ melle illitus. 32. 7.

GENARVM MORBI REMEdia, ex Plinio Secundo.

Succus cucumeris ſylueſtris. 20 1

Sinapis cum melle inuncta. 20 22

Omphacium. 23. *in prol*

Oenanthe, quam uites ſylueſtres ferunt. 1 *ibidem*

Aloe. 27 4.

Seuum uituli cum anſeris adipe, & ocimi ſucco aptiſſimo. 28 11.

Eiuſdem medullæ cum pari pondere cærę & olei, uel roſacei, addito uino illinuntur. 29 2.

Succidæ lanæ cinis.

31 10 Nitrum cum fico illitum.
Ibidem Item decoctum in passo ad dimidias partes.
31 11 Spongiarum cinis.
32 7. Sepiæ cortex, & postea rosaceum imposito pane inunctum.
34 11. Hieracium collyrium.
34 15 Rubigo ferri cum cæra & oleo myrteo.

COLOREM INDVCENTIA ex Plinio Secundo.

20 6. Cinis allij ex oleo & garo illitus.
20 11 Apij semen decoctum, cum oui albo illitum.
22 21 Cortex heliostrophij.
32 25 Lupini syluestres in cibo.
23 2 Acetum scyllinum inueteratum.
24 11 Amygdala.
26 11 Betonicæ pota.
28 12 Lac asininum.
Ibidem Fimum taurinum
Ibidem Fimum uituli cum oleo & gummi.
Ibidem Asininum seuum.
20 6 Allium combustum ex melle.
20 11. Apij semen cum oui albo illitum.
22 21 Heliostrophij cortex.
22 25 Eruum aqua decoctum, si quis ieiunus bibat.

Zythi, celiæ & cereuisiæ spinna. Ibidem
Acetum scyllinum. 23 2
Gummi prunorum cerasorum, ac uitium cum passo potæ, betonicæ succus potus. 26 11
Lac asininum. 28 12.
Talum candidum iuuenci, quadraginta diebus, noctibusq; donec resoluatur in liquorē decoctum, & illitum linteolo. Ibidem
Fimum taurinum.
Vituli fimum cum oleo & gummi, manu subactum.
Vrina asini circa canis ortum.
Asininum seuum.
LENTIGENVM MEDICINÆ, ex Plinio Secundo.
Laterium in sole illitum. 20 2
Bulbi cum uino, aut cum cumino cocti. 20 9.
Erucæ semen ex aceto illitum. 20 13
Cuminum Aethiopicū & illitum ex aceto. 20 15
Githi similiter ex aceto tritum, uel commāducatum. 20 17
Corchori Alexandrini cibi herba. 21 32
Anchusæ radix illinitur ex aceto. 22 20
Onocheli radix illita. 22 21
Sion herba, seu semen illitum. Ibidem
Fungi. 22 23

22 25 Hordeacea farina illita ex aceto & melle.

Ibidem Decoctum syluestrium lupinorum fouendo.

23 1 Vitis albę radix pota, item & in oleo decocta.

23 4 Oleum balaninum.

23 7 Fœnugræci farina.

23 8 Baccæ lauri ex oleo illitæ.

23 9 Myrti folia.

Ibidem Myrtidanum.

24 8 Platani pilulæ addito melle.

24 9 Seminis agni decoctum cum aphronitro & aceto.

24 11 Rorismarini semen.

24 16 Ari semen elixum, ex melle illitum.

24 19 Farina fœnigræci & sulphuris, pari portione peruncta, nitro prius cute præparata.

27 13 Telephij succus illitus.

FACIEI MORBORVM REmedia, ex Dioscoride.

1 1 IRis radices admotæ cum albo ueratro, & duabus mellis partibus, lẽtigines & uitia cutis in facie emaculant.

1 13 Pseudocasia cum melle illita, lentigines tollit.

Ibidem. Pseudocinnamo, lentigines & uitia cutis in facie, ex melle illitum, detergit.

Ba-

Balaninum oleum, maculas atq; lentigines repurgat. 1 40

Oleum rosaceum illitum, ad genarum duritias efficax est. 1 52

Telinum uitia cutis in facie emendat. 1 56

Myrrha ex aceto, impetigines purgat. 1 77

Vlmi humor in foliculis enascens, in prima germinis eruptione, cuti illitus, nitorē inducit, faciemq; splendidiorem reddit. 1 113

Lycium genarum scabiem sanat. 1 134

Corni sanies quam uirentia folia torrendo resudarunt, impetigini conuenienter illinitur. 1 147.

Gummi prunorum ex aceto illitum, impetigines infantium sanat. 1 176

Amigdalæ gummi illitum cum aceto, impetigines tollit. 1 178.

Fici lactens succus cum polenta, uitia cutis in facie expurgat. 1 184.

Grossi fici folia, scabriciem genarum curant. 1 185.

Myrices genarum crassitudines absumūt. 2 7.

Sanguis leporinus, ita ut tepet illitus, uicia cutis in facie, lentigines q; emendat. 2 89

Lutum quod in urina subsidit, feruefactū cum cyprino, genas detergit. 2 91.

Mel coctum cum liquido alumine, & illitum, medetur impetigini. 2 92

2 95 Recens muria maceratus, illitu, uetustas impetigines sanat.

2 113 Linum crudum uitia cutis in facie tollit.

2 115 Faba decocta in uino, uitiliginem purgat.

2 119. Eruum lentigines & uitia cutis in facie, & maculas emendat.

12 Lupini farina, cutem, liuoresq; corrigit.

2 121. Rapum additur in medicamenta, ad detergendam cutem in facie.

2 133 Brassicæ semen, faciei cutem, lentiginesq; expurgat.

2 143 Sisymbrij genus, quod cordaminam uocãt lentigines, cutisq; uitia in facie purgat.

2 148 Condrilla, uitiligines emaculant.

2 151 Peponis succus cum semine adiecta farina, siccatus in sole cogitur smegmata, quæ faciẽ expurgant, & nitorem afferunt.

2 168 Cepa cum aceto, perunctas in sole uitiligines sanat.

2 176 Piper ex nitro uitiligines emaculat.

2 183 Dracuntium ad uitilligines cum melle illinitur.

2 184 Dracontij parui radix illita ex aceto, uitiligines emaculant.

2 187. Hastulæ regiæ radix illita, emendat candidã uitiliginẽ, lintheo antea in sole perfrictari.

2 189 Bulbi cum melle & aceto, lentigines emendat.

Bul-

Bulbi cremati, & cum alcyonio misti, uitia cutis in facie emaculant, in sole illiti. 2 189

Caparis radix cum aceto trita, uitiligines albas abstergit. 2 192

Hederæ folia in uino decocta uitia cutis in facie sanant. 2 199

Telephi folia tempore uerno senis horis illita, albam uitiliginem sanant. 2 270

Gentianæ radix, uitiliginem abstergit. 3 3

Chameleonis nigri radix uitia cutis in facie, uitiligines cum sulphure emendant. 3 10

Ruta cum pipere & nitro, albæ uitiligini medetur. 3 50

Rosmarini radix addito aceto & acerrimo purgat uitiligines. 3 85

Gith lentigines tollit. 3 91

Ammoniacum, genarum scabriciem absumit. 3 97

Glutinum resolutum in aceto, impetigines tollit. 3 100

Gluten piscium medetur his, quæ faciē erugant & extendunt. 3 101

Alysson herba cum melle trita, uitia cutis in facie, & lentigines emendat. 3 104

Lilij radix melle detrita, uitiligines emendat. 3 116

Altheæ semen uiride, succus & tritus, uitili 3 124

gines in sole perunctas emendat.

4 46. Lichen impetigini medetur.

4 113. Sylvestris lotus cum melle, uitia cutis in facie, maculasq; expurgat.

4 134 Anagallide perunctí unà cum oleo Cyprino aut lilino uenustiores fiunt.

4 152. Elleborum nigrum ex aceto, uitiligines atque impetigines sanat.

4 155. Sylvestris cucumeris radices aridæ farina, uitiliginem & impetiginem abstergit, colorē reddit, in facie maculas abstergit.

4 159 Thapsiæ radicis succus cum melle illitus, uitia cutis in facie emendat.

4 163 Glans unguentaria decocta in aceto, uitiligines curat. Item cum lotio, lentigines atq; papulas in facie, & cutis uitia tollit.

4 164 Narcissi radix cum semine urticæ & aceto, uitiligines, uitiaq; cutis in facie emaculat.

4 167. Ricini grana tusa, uitia cutis in facie expurgat.

4 169 Characia illitu tollit impetiginem.

4 193 Labruscæ uuæ uitia cutis in facie, & maculas expurgant.

4 194. Vitis albæ radix, uitia cutis in facie emendat.

Vinum Aromatites colorem alit.

Vi-

Vinum Nectarites, ijs quos pallor decolorat prodest. ʒ 59

Aerugo genarum crassitiem extenuat, cum melle illita. ʒ 83

Rubigo ferri utilis ad genarum scabritias. ʒ 84

Idem præstat spuma argenti. ʒ 93

Chalcitis callum genarum & scabritiē abstergit. ʒ 106

Alumen genarum carnem excrescentē extenuat. ʒ 114

Sulphur cum aceto uitiligines tollit. ʒ 115

Alcyonium lentigines, uitiligines, & maculas in facie sanat. ʒ 127

Idem præstat Adraces. ʒ 128

Schistos lapis ad genarum crassitiem efficax est. ʒ 136

Chia terra colorem in facie & toto corpore emendat. ʒ 167

Molia terra purum corpus reddit, colorē emendat, uitiligines abstergit. ʒ 171

AD MACVLAS DE CORpore eximendas, ex Plinio Valer. Lib. 3. Cap. 45.

MEntæ siccæ unciam unam, & sulphuris uiui semiunciam, in puluerem molliſſimum rediges, & in balneo quum sudare cœperis, super cutem aspergis, & ex eo puluere perfricabis.

Ad eos uero qui durioris sunt cutis. Radicis cameleontis uncias tres, nitri floris duas, sulphuris uiui unam, ex aceto bene contere, & illini in sole, sed non diu permaneat, & ne exulcetur, inde laua.

Ad uarietates colli uel thoracis, quę ex colera uel phlegmate ueniunt. Helleborum album, sulphur, nitrum rubeum, & alcyonem, æqualia in puluerē redacta colliges, & in balneo quum sudare cœperis, loca maculosa asperges.

Ad maculas uero albas uel nigras, quę exeunt in pectore, uel in collo, siue in brachijs, aut ubicunq; de phlegmate, aut de felle, aut undecunq; de phlegmate. Tinaperi drachmas quatuor, foliorum fici ij. aphronitri quatuor, cymolæ duodecim, tere & in balneo utere.

Ad maculas albas uel nigras. Alcyonei unciam unam, strutij unam, hellebori nigri duas, tinaperi tres, nitri tres, pumicis tres, feclæ tres, sinapis sex, centron sex, ceruſæ tres, teres, & uteris in balneo,

Ad lepram. Gallæ omphacitæ uncias iiij. chalcanti acatiæ, miſei rubi, aut marrubij ſuco æquali pondere uteris.

Capparis item cortices cum aceto coques, & uteris, cū diu autem tuleris medicamentum uteris diarodino.

Lapatiꝫ radicem decoctam cum ſapa & trita, illinies.

Helleborum item album tundes, cribrabis, & teres cum aceto acri, & uteris: quando autē deſudaueris, de ſpongia terges, Similiterq; ſandaraca alumine rotundo cum aceto uteris.

Ad lepram antiquam. Recipe pulueris, hyreos congium unum, cardamomi dimidium, nitri drachmas quatuor, chalcāti octo, aſpho deli radices numero quatuor, iſta omnia trita & permixta repones: Quando autem neceſſarium eſt ad uſum, coques cum aceto acri ad ſpiſſitudinem & uteris, ita ut prius corpus nitro diluas.

Lapatiꝫ item agreſtis radicis drachmas xiꝫ. gūmi ſex, coques ex aceti colyla una ad quartas, poſtea admiſcebis ſulphuris uiui dr. tres, myrrhæ duas, gallæ duas, agitabisq; & leuabis de foco citius, & loto prius corpore de nitro, ſic uteris.

Item nitrum. Cameleontis nigræ radices, cardamomum, chalcantum, alumen, ſchyſtū, hyreum, omnia æquo pondere teres cum aceto, & uteris ut ſupra.

Ad lepram. Recipe opiꝫ uncias duas, camitriæ duas, tinaperi duas, quę teres cum aceto, & ſic de penna locum perunges.

Em

Emplastrum ad lepram siue scabiem. Recipe ituiæ folia ustulata ad unciam unã, yu schiston unam, cæræ & olei rosati quod sufficit, quod inductũ linteo impones, & solues post triduum, postq; tuleris emplastrum, impones salem cum aceto coctum, & tritum bibe, & uteris, biduo hoc curat, & splenem sustentat.

Ad lepram ualde bonum, facit autem & ad antiqua uulnera. Recipe unciam unam, chalchanti unam, cæræ unam, adipis porcini duas, sicca, teres & commiscebis.

Emplastrum Claudiani. Recipe lauinę uncias tres, sãdaracę duas, aluminis schisti duas, Amoniaci duas, sulphuris uiui duas, uisci unciam unam & semis, terebynthinæ quantum sufficit ad colligendum. Confícies autem studiose, & facies ut malagma, & impones, & locum inductum in alutam, & solues post dies septem uel octo impositum, & hoc uulnus nõ facit.

Item aliud. Recipe pond. sulphuris, hellebori albi un. duas, adarcæ unam, nitri quatuor, alcyonei unam, tinaperi unam, foliorum fici siccorum unam, feclæ unam, rosæ siccæ duas, cessarei quatuor.

CVTIS ET FACIEI VITIIS, & impetiginis propellendis, ex Q. Sereno, Cap. 11.

Inuida si maculet faciem lentigo decoram,
Nec prodesse ualent naturæ dona benignæ,
Erucam atq; acidum laticẽ simul illine malis.
Proderit & bulbus mellis dulcedine uictus,
Crudaue dulcacido miscebis rapa liquori.
Sanguine uel leporis morbus delabitur oris.
Frons salicis cum flore suo contrita medetur.
Sepiolæ cineres ex ossibus omnia tollunt,
Cygneos adipes hilari misceto Lyeo,
Omne malum propere maculoso ex ore fuga (bis,
Horrebit si liuor atrox, aut nigra cicatrix,
Attrito sapone genas purgare memento.
Rugarum sulcos lentisci mastice tendens.
Si uero uitiũ est, quod ducit ab impete nomẽ,
Hoc matutina poteris cohibere saliua,
Seu folio platani, quod mansum mane uora- (bis.
Fœda fluunt curui quæ purgamenta cameli,
Vrentur, cineremq; dabunt, iungẽtur aceto
Mascula thura simul, diuinaq; cura ualebit.

AD FACIENDAM FACIEM rubicundam, ex Gal. lib. de fac. par.

BVlbum amarum teres, permisce cum mel le, & unge.

Semen aneti teres, & permisce cum uino antiquo, & fac mellis consistentiam, & unge faciem.

Ad

AD FACIENDAM FACIEM albam & tensam, ex Gal. lib. de sa. par.

Radicem cucumeris syluestris incide, & sic ea, & postea coque in aqua, & tere, & cataplasmes.

Vt facies non comburatur à Sole, Bulbum album lenies cum melle, unge faciem.

DE GVTTA ROSACEATO tollenda, ex Barbaris promiscue.

COntra guttam rosaceam inueteratam. Recipe camphoræ dr. i. boracis dr. ij. farinæ cicerum rubeorum dr. iiij. confice cũ succo & melle.

Leonis adeps cum oleo rosato, faciei attritus, candorem seruat.

Contra impetiginem faciei. Lacertam uiridem uiuam coque simul cũ uite alba in oleo usq; ad tertiam partem, cola, & adde ceram albam, & unge.

Radix lapatioli in aceto cocta, & super impetiginem siccata, sanat.

AVXILIA RVBORIS FACIei, uel guttæ rosaceæ ex Barbaris.

Incisio uenarum, frontis & nasi.

Euacuatio phlegmatis salsi adustorum humorum. Abstinentia ab omnibus acutis. Cætera uide apud Scriptores.

Con-

Contra liuorem & sanguinem mortuum in facie. Succus radicis nasæ agrestis mixtus oleo, unge ter uel quater in die.

Cõtra fuscedinem. Aqua distillationis furfuris hordei. Aqua distillationis cumini.

CONTRA FVSCEDINEM seu liuidum colorem faciei, ex Barbaris,

VAlet aqua distillationis florum fabarũ, cum quo lauetur facies & fomentetur.

Ad idem, ualet aqua distillationis furfurũ ordei præparatorum ad distillandum, cum qua lauetur & fomentetur facies.

CONTRA RVBOREM FAciei, quæ dicitur gutta ros. uel quę est præuia ad guttam.

VAlet phlebotomia de uena supra pedẽ, quæ se extendit uersus pollicem & indicem infra eos, & hoc quolibet mense.

Ad idem, ualet stercus columbarum cũ farina ordei aceto, & semine lini puluerizato, ad ad maxillas adplicato.

PRIMI LIBRI FARRAGInis medicamentorum FINIS.

Biblioteka Uniwersytecka Stanisławki w Toruniu
BIBLIOTEKA ELBLĄSKA
Oś.6.11.3644